Inkn.
P. Eccl.
215

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. Eccl. 215

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. Eccl. 215

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit ꝑfatio euſebij iheronimi in librum
illuſtriū viroꝝ.

Hortaris Dexter vt trāquillum
ſequens eccīaſticos ſcꝑtoēs in
ordinē digerā. ⁊ qđ ille in enu-
merādis gentiliū litteraꝝ viris
fecit illuſtribꝰ. id ego in noſtris
faciā. id eſt ut a paſſione xp̄i vſqȝ ad quartū
decimū theodoſij īpatoris ānū omnes qui de
ſcꝑturis ſcīs memoie aliq̄d ꝓdiderīt. tibi bre-
uiter exponā. Fecerūt quidē hoc idem apud
grecos. hermippꝰ pipateticꝰ. antigonꝰ. cariſti
us. ſatirus doctꝰ vir. ⁊ longe ōniū doctiſſimꝰ
ariſtoxenꝰ muſicꝰ. Apud latinos aūt varro.
ſantrīnepos. higinꝰ. trāquillꝰ. Ad quorū exē
vis cogere me et ꝓuocaē. ſed nō eſt mea ⁊ il-
loꝝ ſilis ꝯdicio. Illi em̄ hiſtorias veteres āna
leſqȝ replicātes. potuerūt q̄ſi de ingēti prato
puā opuſculi ſui coronā texere. Ego q̄d actu
rus ſum q̄ nullū previū ſequens: peſſimū ut
dr̄ mgr̄m memetip̄m habeo. Quāq̄ȝ et euſe-
bius pamphili ī decē eccīaſtice hiſtorie libris
maxīo nobis adiumēto fueit. et ſinguloꝝ de
quibꝰ ſcꝑturi ſumꝰ volumina etates auctorū
ſuoꝝ ſepe teſtētur. Itaqȝ dn̄m nr̄m ibm xp̄m
dep̄cor. vt qđ cycero tuus qui ī arce romane
eloquēcie ſtetit. nō eſt facē dedigtꝰ in bruto



LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oratoꝝ latine ligue texēs catalogū̄. id ego in
eccīe ei⁹ ſcp̄toribꝫ enuērādis. digne cohorta-
cione tua impleā Si q̄ autē de hijs q̄ vſqꝫ ho
die ſcp̄titant. a me in hoc volumie p̄termiſſi
ſunt. ſibi magis q̄ꝫ mihi iputare debebūt. Ne
qꝫ em̄ celātes ſcp̄ta ſua. de hijs q̄ nō legi noſ
ſe potui. Et qd̄ alijs forſitā notū. m̄ in hoc ter
raꝝ angulo fueit ignotū. Certe cū ſcp̄tis ſuis
clarueꝛit. nō magnope nr̄i ſilēcij diſpēdia ſuſ
pirabūt. Diſcant igit᷑ celſus. porphiri⁹. iuli
anus. rabidi adūſus xp̄m canes. diſcant coꝝ
ſectatoēs qui putāt ecciam nullos philoſo-
phos ⁊ eloquētes. nullos habuiſſe doctores
quāti et quales viri eā fūdaueꝛit. inſtruxeꝛit
adornauerint. et defināt fidem noſtrā ruſtice
tantū ſimplicitatis arguere. ſuāqꝫ pocius im
periciā recognoſcāt

Explicit prefacio Incipiūt capitula:.


Simon petrus i.
Jacobus frater dn̄i. ij.
Matheus qui et levi iij.
Judas frater iacobi iiij.
Paulus qui ante ſaulus v.
Barnabas qui ⁊ ioſeph vi.
Lucas euāgeliſta vij.
Marcus euangeliſta viij.
Johānes ap̄ls ⁊ euāgeliſta ix.

Hermã q̃ ꝛ paſtoꝛ x.
Philo iudeus xi.
Luci⁹ ãneus ſeneca xij.
Joſeph⁹ mathie fili⁹ xiij.
Juſtus tyberiẽſis xiiij.
Clemẽs epũs xv.
Jgnacius epũs xvi.
Policarp⁹ epũs xvij.
Papias epũs xviij
Quadrat⁹ epũs xix.
Ariſtides philoſoph⁹ xx.
Agrippa ꝯnomẽto caſtoris xxi.
Egeſippus hiſtoricus xxij.
Juſtinus philoſoph⁹ xxiij.
Melito eps̃ xxiiij.
Theophilus eps̃ xxv.
Apollinaris eps̃ xxvi.
Dyoniſius epũs xxvij.
Pinitus epũs xxviij.
Tacian⁹ hẽſiarches xxix.
Philippus epũs xxx.
Muſanus xxxi.
Modeſtus xxxij.
Bardeſanes hẽſiarches xxxiij.
Victoꝛ epũs xxxiiij.
Hyreneus epũs xxxv.
Pãtenus philoſoph⁹ xxxvi.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

| | |
|---|---|
| Rodon taciani diſcipulus | xxxvij. |
| Clemens preſbiter | xxxviij. |
| Miliciades | xxxix. |
| Apolonius | xl. |
| Theophil⁹ epūs | xli. |
| Bacalus ep̄s | xlij. |
| Policrates ep̄s | xliij. |
| Heraclit⁹ ep̄s | xliiij |
| Maximus | xlv |
| Candidus | xlvi. |
| Appion | xlvij. |
| Sextus | xlviij. |
| Arabian⁹ | xlix. |
| Judas | l. |
| Terallian⁹ preſbiter | li. |
| Origenis qui et amātius | lij. |
| Ammonius pb̄s | liij. |
| Ambroſius dyacon⁹ | liiij |
| Triphon origenis auditor | lv. |
| Minucius qui et felix | lvi. |
| Gaius. | lvij. |
| Berillus epiſcopus. | lviij. |
| Ypolitus epiſcopus | lix. |
| Alexāder epiſcopus | lx. |
| Julius effrican⁹ | lxi. |
| Gemin⁹ p̄ſbiter | lxij. |
| Theodor⁹ epiſcop⁹ qui et gregori⁹ | lxiij. |

| | |
|---|---|
| Corneliꝰ epiſcopus | lxiiij. |
| Ciprianꝰ epiſcopus | lxv. |
| Pōcius dyaconus | lxvi. |
| Dyoniſiꝰ epiſcopus | lxvij. |
| Nouacianꝰ hēſiarches | lxviij. |
| Malchion p̄ſbiter | lxix. |
| Archelaus ep̄s | lxx. |
| Anatholius ep̄s | lxxi. |
| Victorinꝰ ep̄s | lxxij. |
| Pāphilꝰ p̄ſbiter | lxxiij. |
| Pyeriꝰ p̄ſbiter | lxxiiij. |
| Lucianꝰ p̄ſbiter | lxxv. |
| Phileas epiſcopus | lxxvi. |
| Arnobiꝰ rethor | lxxvij |
| Firmianꝰ qui et lactācíꝰ | lxxviij. |
| Euſebiꝰ ep̄s | lxxix. |
| ~~Rethoricꝰ ep̄s~~ Reticius | lxxx. |
| Methodiꝰ ep̄s | lxxxi. |
| Juuēcus p̄ſbiter | lxxxij. |
| Euſtaſiꝰ epiſcopus | lxxxiij. |
| Marcellꝰ ep̄s | lxxxiiij. |
| Athanaſiꝰ ep̄s | lxxxv. |
| Anthoniꝰ mōchꝰ | lxxxvi. |
| Baſilius epiſcopus | lxxxvij. |
| Theodorꝰ ep̄s | lxxxviij. |
| Euſebius epiſcopus | lxxxix. |
| Triphiliꝰ epiſcopus | xc. |



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

| | |
|---|---|
| Donatus hēſiarches | xci. |
| Aſterius pb̄s | xcij. |
| Lucifer ep̄us | xciij. |
| Euſebius ep̄us | xciiij. |
| Fortūacian⁹ ep̄s | xcv. |
| Acacius ep̄us | xcvi. |
| Serapion ep̄us | xcvij. |
| Hylarius ep̄us | xcviij. |
| Victorin⁹ rethor | xcix. |
| Tytus ep̄us | C. |
| Damaſ⁹ ep̄s | ci. |
| Appollīaiſ ep̄s | cij. |
| Gregori⁹ ep̄s | ciij. |
| Pacianus ep̄us | ciiij. |
| Fotinus hereſiarches | cv. |
| Phebadius ep̄us | cvi. |
| Didimus cecus | cvij. |
| Optatus ep̄us | cviij. |
| Acilius ſeuerus | cix. |
| Cirillus ep̄us | cx. |
| Euzonius ep̄us | cxi. |
| Epiphanius ep̄us | cxij. |
| Effrem dyaconus | cxiij. |
| Baſilius ep̄us | cxiiij. |
| Gregori⁹ nazāzen⁹ ep̄s | cxv. |
| Lucius ep̄us | cxvi. |
| Dyodorus ep̄us | cxvij. |

Eunomius hẽſiarches cxviij.
Priſcillianus epũs cxix.
Latronianus epũs cxx.
Tyberianꝰ beticus cxxi.
Ambroſiꝰ epũs cxxij
Euagrius epũs cxxiij
Ambroſiꝰ alexandrinꝰ cxxiiij
Maximus epũs cxxv
Gregoriꝰ epũs cxxvi
Johãnes p̃ſbiter cxxvij.
Gelaſius epũs cxxviij
Theotimꝰ epũs cxxix
Dexter paciani filius cxxx.
Amphilocius epũs cxxxi.
Sofronius cxxxij
Jheronimꝰ preſbiter cxxxiij

¶ Expliciunt capitula de ſcp̃toribꝫ eccl̃iaſticis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit liber ſancti iheronimi De ſcriptoribꝫ eccleſiaſticis :·

Symon petrꝰ filiꝰ iohānis ꝓuin-
cie galilee vico betſayda frater
andree apłi et pn̄ceps apłoꝝ.
poſt epiſcopatū āthiocēſis ecc̄ie
et ꝑdicacōnē diſp̄ſiōis eoꝝ qui
de circūciſione crediderāt ī ponto galatie· cappa
docia· aſia· ⁊ bithinia· ſcd̄o claudij īꝑatoꝛꝭ an
no ad expugnādū ſymonē magū romā per
git. ibiqꝫ xxv ānis cathedrā ſacerdotalē tenuit
vſqꝫ ad vltimū annū neronis· i· xiiij a quo ⁊ af
fixus cruci martirio coronatus eſt· capite ad
terrā verſo. ⁊ īſublime pedibꝫ eleuatis· aſſe-
rēs ſe īdignū qui ſic crucifigētur ut dn̄s ſuꝰ.
Scripſit duas epiſtolas q̄ canonice nominā-
tur· quaꝝ ſcd̄a a pleriſqꝫ eiꝰ eſſe negatꝛ· ꝓpt
ſtili cū priore diſſonāciā· Sꝫ et euāgeliū iux-
ta marcū. q̄ auditor eiꝰ ⁊ interpres fuit· huiꝰ eē
dr̄· Libri āt de q̄bus vnꝰ actoꝝ eiꝰ īſcribitꝛ ali
us euāgelij· terciꝰ ꝑdicacōis. quartus apoca-
lipſeos. q̄ntus iudicij· inter apocrphas ſcriptu
ras repudiātur Sepultꝰ rome ī vaticano iux
viā triūphalē totiꝰ orbꝫ veneracōe celebratꝛ·

Secundū capitulū

Iacobꝫ q̄ appellatꝛ frat dn̄i cognomēto
iuſtus· vt nōnulli exiſtimāt ioſeph· ex-

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alia vxore· vt aūt mihi videtᷣ marie ſororis
matris dñi cui⁹ iohānes in libro ſuo memīt
filius poſt paſſionē dñi ab apłis iheroſoli-
moꝝ epūs ordinat⁹. vnā tantū ſcpſit epiſto-
lā que de ſeptē canoīcis ē· que ⁊ ipſa ab alio
quodā ſub noīe eius edita aſſeritᷣ. licet pau-
lati tpe ꝓcedēte optinuerit auctoritatē. Ege
ſippus vicin⁹ apłicoꝝ tēpoꝝ in q̄nto ꝯmēta-
rioꝝ libro· de iacobo narrās ait. Suſcepit ec-
cleſiā iherōſolime poſt apłos fratᷣ dñi iacobo
cognomēto iuſtus· Multi ſiq̄dem iacobi vo-
cabātur. ſed hic de vtero matris ſcūs fuit vi-
nū ⁊ ſicerā nō bibit· carnē nullā cōmedit. nū-
q̄ͣ attonſus ē· nec vnctus vnguēto· nec vſus
balneo. Huic ſoli licitū erāt īgredi ſancta ſcōꝝ
Siq̄dem laneis veſtibꝰ nō vtebatᷣ ƺ lineis· ſo
luſq; īgrediebatᷣ in tēplum ⁊ fixis genibꝰ ꝓ
dño depcabatur ītantū · vt cameloꝝ duriciā
traxiſſe eius genua crederentur. Dicit et alia
multa que enumerare longū eſt Sed et ioſe-
phus in viceſimo libro ātiq̄tatū refert ⁊ cle-
mens in ſeptimo

·id eſt diſputacionū vel infor
macionum· mortuo feſto qui iudeā regebat
miſſum eſſe a nerone ſucceſſorē eius albinū

Qui cū necdum ad ꝓuintiā puenissꝫ anian⁹ inq̄d pontifex adolescens aniani filius. de genere sacͤdotali. accepta occasione. anaꝛc.

.i. principatus. consiliū ꝯgregauit. ꝛ conpellēs publice iacobū. vt xp̄m filium dei denegaret. cōtradicentē lapidari iussit Qui cum p̄cipitatus de p̄ina templi ꝯfractis cruribus adhuc semianimis. tollēs ad celum manus diceret. dn̄e ignosce eis. qꝺ em̄ faciunt nesciūt. fullonis fuste quo uda vestimēta extorq̄ri solent. in cerebro paussus. iterijt. Tradit idem iosephus tante eū scītatis fuisse ꝛ celebritatis in ꝑplos. vt ꝑpter ei⁹ necē creditū sit. subūsam fuisse iherosolimā Hic est de quo ꝛ apostolus paulus scribit ad galatas. Alium autē apostoloꝝ vidi neminē nisi iacobū fratrē domini Et apostoloꝝ sup hoc crebrius actus testātur. Euāgeliū quoqꝫ qꝺ appellat᷑ scd̄m hebreos et a me nuper in grecū sermonē latinūqꝫ translatū est. quo ꝛ origenes sepe vtitur post resurrectionē saluatoris refert Dominus aūt cū dedisset syndonē seruo sacerdotis. ibat ad iacobum ꝛ apparuit ei. iurauerat enim iacobus se non comessurum panē ab illa hora qua biberat calicem domini. donec videret eum resurgentem a dormientibus.

Rurſuſqꝫ poſt paululū. afferte ait dn̄s mē-
ſam ⁊ panē ſtatiqꝫ addit. tulit panē ⁊ bn̄dix-
it ac fregit. et poſt dedit iacobo iuſto ⁊ dixit
ei. Frat mi comede panē tuū. qꝛ ſurrexit fili9
hoīs a dormiētib9. Triginta itaqꝫ ānis iheo
ſolime rexit eccl̄iam. idē vſqꝫ ad ſeptimū nero
nis ānū ⁊ iuxta tēplū vbi p̄cipitat9 fuerat ſe
pultus. titulum vſqꝫ ad obſidionē titi et vlti
mā adriaī notiſſimū habuit. Quidā de nr̄is
in mōte olīueti cōditū eū putāt. ſed falſa eoꝝ
opinio eſt. ¶ Tertiū capitulū.

Matheus q̄ ⁊ leui ex publicano apl's. p̄
mus in iudea ꝓpter eos q̄ ex circūciſiōe
crediderāt euāgeliū xp̄i hebreis litteris ver-
biſqꝫ cōpoſuit. Qd' q̄s poſtea in grecū trāſ-
tulerit nō ſatis certū eſt. Porro ipm̄ hebraycū
habet' vſqꝫ hodie in ceſarieſi bybliotheca. ~~qd~~ quā
pamphil9 martir ſtudioſiſſiē cōfecit. Michi
q̄ꝫ a nazareis q̄ in beroea vrbe ſirie hoc volu
mine vtūtur deſcribēdi facultas fuit. In q̄ aīa-
aduertendū eſt ꝙ vbicunqꝫ euāgeliſta ſiue ex
ꝑſona ſua ſiue ex dn̄i ſaluatoīs veteīs ſcp̄tu-
re teſtimonijs abutit'. nō ſeq̄t' lxx. trāſlatoꝝ
auctoritatē ſꝫ hebraycā. E quib9 illa duo ſunt
Ex egipto vocaui filiū meū Et qm̄ nazareus
vocabitur ¶ Capitulū iiij.

Judas frat iacobi ipſam vnā ꝑuā q̄ de

ſeptē canoīcis ē epłam reliq̄t. Et qꝛ de libro
enoch q̄ apochriphus ē in ea aſſumit teſtio
niū· a pleriſqꝫ reicit. Tamē auctoritatē vetuſ
tate iā et vſu meruit· vt int̄ ſcās ſcr̄ptu ras cō
putetur ¶ Quintū capitulū.

PAulus apłs q̄ an̄ ſaulus extra numer̄
xij· apłoꝝ de tribu bēiamin ex oppido iu
dee giſcali fuit q̄ a romanis capto cū parēti
bus ſui' tharſū cylicie ꝯmigͣuit. A quibꝯ ob
ſtudia legis miſſus iheroſolimā a gamaliele
viro doctiſſimo c' lucas memīit erudit' ē. Cū
aūt int̄fuiſſꝫ neci martiris ſtephani et accep
tis a pōtifice tēpli epłis ad pſeq̄ndos eos q̄
xp̄m crediderāt damaſcū pgeret· tuelacōe cō
pulſus ad fidē que in actibꝯ apłoꝝ ſcribit' in
vas electiōis de pſecutoē trāſlat' eſt. Cūqꝫ p̄
mū ad p̄dicationē ei' ſergius paulus pcōſul
cypri credidiſſꝫ· ab eo qꝫ eū xp̄i fidei ſubiece
rat ſortit' ē nomē ⁊ ꝯiūcto ſibi barnaba mł'tis
vrbibꝯ pagratis tuertēs ihēoſolimā a petro
iacobo ⁊ iohāne gentiū apłs ordinat' eſt. Et
qꝛ in actibꝯ apłoꝝ pleniſſiē de ei' ꝯuerſacōe
ſcriptū eſt hoc tantū dicā· q̄d p' paſſionē dn̄i
viceſimo ⁊ q̄nto āno. id ē ſcd̄o neronis ip̄erij
an° eo tpe q̄ feſt' pcuātor iudee ſucceſſit felici
romā vinct' mittit': ⁊ bienniū in libera manēs
cuſtodia adūſus iudeo' de aduētu xp̄i cotidie

diſputauit Sciendũ autẽ in pͥma ſatiſfactõe necdũ neronis impio roborato . nec in tanta erũpente ſcelera q̄pta de eo narrant hiſtorie. paulũ a nerone dimiſſũ. vt euãgeliũ xp̄i ĩ oc cidentibꝫ q̄ꝫ ptibꝫ p̄dicaret ſicut ipē ſcp̄ſit in ſcd̕a ep̄la ad thymotheũ. eo tp̄e q̊ ↄ paſſus eſt Et de vincilis dictauit epiſtolã. in prima ſatiſfactiõe nemo mihi affuit ſed oēs me de relinq̄runt. nõ eis imputet̉. Dn̄s aũt m̄i affu it et ↄfortauit. vt p me p̄dicacio cõplētur. et audirēt oēs gẽtes. et liberat⁹ ſũ de ore leonis maĩfeſtiſſime leonē ppt̄ crudelitatē neronē ſignificãs. Et in ſequẽtibꝫ. liberauit me de ore leonis Et ſtatĩ liberauit me dn̄s ab ōmi ope malo. et ſaluauit me in regnũ ſuũ celeſte. qd̕ ſcꝫ p̄ſens ſibi ſentiret ĩminere martiriũ. nã in eadē ep̄la p̄miſcẽt. Ego eĩ iã ĩmolor ↄ tp̄s r̄ſo lucõis mee iã ĩſtat. Et hic ergo q̄rtodecĩo ne ronis ãno eod̕ die q̊ petrus rome p xp̄õ capi te trũcat̉. ſepultuſq̄ꝫ ē in via oſtiẽſi. ãno poſt paſſionē dom̄i tricēſimo ſeptimo. Scripſit autē nouem ad ſeptē eccleſias ep̄las. ad ro manos vnam. ad corinthios duas. ad gala thas vnã. ad epheſios vnã. ad phylippēſes vnã. ad coloſenſes vnã. ad theſſaloniſenſes duas. p̄tẽa ad diſcip̄los ſuos q̄tuor. thymo theo duas. tyto vnam. ad philemonē vnã.

Epl'a aũt q̄ fertur ad hebreos nõ ei⁹ credit'
ꝓpt̄ ſtili ſermoīs qꝫ diſſonãciã ſed vel barna
be iuxta tertullianũ· vel luce euãgeliſte iuxta
quoſdã· vel clemẽtis romaē p⁹ eccl'ie epi· quē
aiunt ſentẽtias pauli ꝓprio ordinaſſe et or-
naſſe ſermoē vel certe qꝛ paul⁹ ſcribebat ad
hebreos· et ꝓpt̄ inuidiã ſui apd' eos noīs titu
lũ in pn̄cipio ſalutacōis ãputauerat. Scp̄ſit
ãt vt hebre⁹ hebraice· i· ſuo eloq̄o diſertiſſi-
me ea q̄ eloq̄nter ſcp̄ta fuerãt in hebreo elo
quenci⁹ v'tiſſe in grecũ· ⁊ hãc eẽ cãm q᷑ a ce-
teris pauli ep̄lis diſcrepare videat'. Legũt q̄-
dã et ad laodycẽſes· ſ; ab oībꝫ explodit'·

¶ Sextũ capitulũ·

BArnabas cypri⁹ q̄ ⁊ ioſeph leuites
cũ paulo genciũ ap̄ls ordinat⁹· vnã
ad edificacōez eccl'ie ptinentẽ· ep̄lam ꝯpoſuit
q̄ int̄ apocriphas ſcp̄turas legit'. Hic poſtea
ꝓpt̄ iohannē diſcipulũ q̄ et marc⁹ vocabat'
ſeparat⁹ a paulo· nichilomin⁹ euãgelice p̄di
catioīs iniũctũ ſibi opus exercuit ¶ ca· vij.

LVcas medic⁹ antyocẽſis vt ei⁹ ſcp̄ta
indicãt· greci ſmonis nõ ignar⁹· fuit
ſectatoꝛ ap̄li pauli ⁊ oīs pegrinati
onis comes ſcripſit euãgeliũ de q̄ idem pau-
lus. miſim⁹ inq̄t cũ illo frẽm cuiꝰ laus eſt in
euãgelio ꝑ ōnes eccleſias· Et ad coloſenſes·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Salutat vos lucas medicus cariſſimus meus
Et ad tymotheū· lucas em̄ eſt mecum ſolus
Aliud quoqȝ edidit volumē egregiū qđ titu
lo apłicaꝝ

id eſt actuū ꝑnotatur cuius hiſtoria
vſqȝ ad bienniū rome cōmorātis pauli ꝑue-
nit· id eſt vſqȝ ad quartūdecimū neronis an
nū. ex quo itelligim⁹ in eađ vrbe libꝝ eſſe cō
poſitū Igitur id eſt
viſionē pauli et tecle et totā baptizati leonis
fabulā int̄ apocriphas ſcꝑturas cōputam⁹
Quale em̄ eſt vt īdiuiduus comes apłi īter
ceteras eius res hoc ſolū ignorauerit Sed et
tercullian⁹ vicinus illoꝝ tēporū refert ꝑſbi-
terū quendā in aſya id ē
amatorē pauli apłi cōuictū apud iohānē ꝙ
auctor eſſz libri ⁊ cōfeſſum ſe hoc pauli amo
re feciſſe. et de loco excidiſſe Quidā ſuſpicāt̄
quociēſcūqȝ paulus in epłis ſuis dicat iuxta
euangeliū meū· de luce ſignificare volumine.
et lucā non ſolū ab apło paulo didiciſſe euā
geliū qui cū dn̄o in carne non fuerat· ſed et a
ceteris apoſtolis· qđ et ipſe quoqȝ in princi-
pio voluminis ſui declarat dicens· Sicut tra-
diderunt nobis qui a principio ipſi viderūt
et miniſtri fuerūt ſermonis Igitur euāgeliū
ſicut audierat ſcripſerat · acta vero apłorum·

ſicut viderat ipſe ↄpoſuit· Dixerat lxxx. ⁊ iiij·
ānos vxorē nō habuit et ſepultus ē ↄſtātino
poli ad quā vrbē xx° ↄſtancij āno oſſa eius
cū reliqis andree apli de achaya trāſlata ſūt

¶ Octauū capitulū

Marcus diſcipulus ⁊ interptes petri
apli· iux qd petꝝ referentē audieāt
rogatus rome a fratribꝰ breue ſcpſit euāge-
liū. Qd cū petrus audiſſet ꝓbauit et eccijs
legendū ſua auctoitate edidit· ſicut ſcpſit cle
mēs ī ſexto .i· iformacōnū libro
et papias iheropolitanꝰ eps meminit huiꝰ
marci· et petrus in ꝑma ſua epiſtola memīt
ſub noīe babilonis figuralit romā ſignificās
ſalutat vos ecc̄a in babilone collecta et mar
cus filius meus Aſſūpto itaqꝫ euāgelio qd
ipſe fecerat perrexit egiptū et primus alexan-
drie xpm ānunciās ↄſtituit ecc̄aꝫ tāta doctri
na ⁊ vite ↄtinētia vt oēs ſectatoēs xpi ad ex
emplū ſui cogēt Deniqꝫ phylo diſertiſſimꝰ
iudeoꝝ· videns alexādrie primā eccleſiā ad-
huc iudaizantē q̄ſi in laudē gentis ſue librū
ſup eoꝝ cōuerſacione ſcripſit· Et quō lucas
narrat iheroſolime credētes oīa habuiſſe cō
munia· ſic ille qd alexandrie ſub marco fieri
doctore cernebat memorie tradidit· Mortu
us eſt autem· viij· neronis anno et ſepultus

alexandrie ſuccedēte ſibi aniano Capi·ix·

IOhānes apls quē ihesus amauit plu
rimū filius zebedei ⁊ frater iacobi apli
quē herodes poſt paſſionē dm̄ decollauerat·
nouiſſim⁹ omniū ſcripſit euangeliū rogat⁹
ab aſye epis·adūſus cerinthū aliosq̄ hētis
cos·et maxie tunc hebionitaꝝ dogma cōſur
gens·q̄ aſſerūt xp̄m an̄ mariā non fuiſſe Vn̄
etiā ꝯpulſus eſt dīnā eius edicere natiuitatē
Sed et aliā cauſam hui⁹ ſcp̄ture ferūt. qd̓ cū
legiſſet mathei et marci ⁊ luce volūina·ꝓba
uerit textū hiſtorie et vera eos dixiſſe firma
uerit. ſed vni⁹ tantū anni in quo ⁊ paſſus eſt
poſt carcerē iohānis hiſtoriā texuiſſe. Pret
miſſo itaq̄ anno·cui⁹ acta a tribus expoſita
fuerāt ſupioris tpis·anteq̄ iohānes claudē
tur in carcere geſta narrauit·ſicut manifeſtū
eſſe poterit hijs q̄ diligēter quatuor euāge
liorū volumīa legerint· Que res
id eſt diſſonantiā que videtur io
hannis eſſe cū ceteris tulit. Scripſit autē et
vnam epiſtolā·cuius exordiū eſt· Quod fu
it ab inicio·quod audiuim⁹. quod vidimus
oculis noſtris. quod pſpexim⁹·⁊ man⁹ noſ
tre tractauerunt de verbo vite Que ab vni
uerſis eccleſiaſticis eruditis viris probatur
Relique autem due quarum principium eſt

ſeior elcē dñe. ⁊ natis ei⁹ ⁊ ſeqntis. ſeior gaio
kmo quē ego diligo ī veritate. iohis pſbri aſ-
ſerūt. cui⁹ hodieq₃ alter₃ ſepkchr₃ apd ephe
ſū oñdit. Et nōnulli putāt dua⁹ mēoias eiuſ
dē iohis euāgeliſte eē Sup q̄ re cū p ordinē
ad papiā auditorē ei⁹ vētū fuerit diſſerem⁹.
Qrtodecio igit āno ſcdaȝ p⁹ neronē pſecucō
nē. mouēte doiciano. ī pathmos īſulā relega
t⁹. ſcpſ[illegible]t apocalipſiȝ. quā intp̄tati ſūt iuſti
n⁹ mātir ⁊ hyrene⁹ Interfecto āt doiciano ⁊ ac
tibꝫ ei⁹ obnimiā crudelitatē a ſenatu ͥſciſſis.
ſub nerua pncipe rediīt epheſū. ibiq₃ vſ₃ ad
traianū pncipē pſeuerās. totas aſye fūdauit
rexitq₃ eccīas. ⁊ cfect⁹ ſeio lxviij. p⁹ paſſiōeȝ
dm āno mortu⁹. iux eandē vrbē ſepultus ē.

Hermā cui⁹ apkſpaul⁹ ca x.

ad rōnos ſcribēs memīt. ſalutate flegō
ciā hermē. patrobā. hermā. ⁊ q̄ cū eis ſūt frēs
Huc aſſert auctorē eē libri q̄ appellat paſto
ris. ⁊ apd q̄ſdā grecie eccīas etiā publice le-
git. Reuera vtil lib mltiq₃ de eo ſcptor₃ veter₃
vſ⁹ pauē teſtioia. ſ₃ apd latios pene ignot⁹ ē

Phylo iude⁹ nacōe alexādrin⁹. ca. xi.

de gn̄e ſacdotū ideo a nob intſcptores
eccīaſticos pōit. q₃ ī libro quē de pma marci
euāgeliſte apd alexādrinā ſcpſit eccīaȝ. ī nrō
rū laude vſat⁹ ē. nō ſolū eos ibi. ſ₃ in mltis q₃

ꝓuincijs eſſe cõmemorãs·et habitacula eoꝝ
dicẽs mõſteria Ex ꝗ apparet talem primũ in
xp̄m credenciũ fuiſſe eccliam·quales nũc mõ
chi eſſe imitãt᷑ ⁊ cupiũt vt nihil cuiuſꝗ̄ ꝓpri
um ſit. nullus īter eos diues. nullus paupꝑ·
patrimoĩa egẽtibus diuidãtur. orõni vacẽt
et pſalmis. doctrine ꝗ̄ȝ et cõtinẽcie. q̃les ⁊ lu=
cas refert primũ iheroſolime fuiſſe credẽtes
Aiũt hũc ſub gayo caligula rome ꝑiclitatũ
quo legatus gentis ſue miſſus erat· Cũ ſcḋa
vice veniſſet ad claudiũ in eadẽ vrbe locutũ
eſſe cũ apoſtolo petro eiuſqȝ habuiſſe amici
cias. et ob hãc cauſã etiã marci diſcipuli pe=
tri apud alexãdriã ſectatores ornaſſe laudi=
bus ſuis Extãt hui⁹ p̄clara et ĩnumerabilia
opera in quĩqȝ libros moyſi· de cõfuſione lin
guarũ liber vnus· de natura et inuẽtione liber
vnus de hijs ꝗ ſenſu p̄camur ⁊ teſtam² liber
vn⁹. de erudicõe liber vn⁹. de hẽde dĩnoꝝ re
rũ liber vn⁹· de diuiſiõe eq̃liũ ⁊ ꝯtrarioꝝ lib
vnus· de tribꝫ v̄tutibꝫ lib vn⁹ Quaẽ ꝗ̃rũdã
in ſcp̄tuis mutata ſũt noĩa lib vn⁹ De pactiꝰ
libri duo De vita ſapiẽtis lib vn⁹ De gigã=
tibꝫ lib vn⁹ Qꝫ ſõpnia mittant᷑ a deo libri qñ
qȝ· Queſtionũ ⁊ ſolucõnũ ĩ exodũ libri qñqȝ·
de tabnaculo ⁊ decalogo libri q̃tuor Nec nõ ⁊
de victimis ⁊ ꝓmiſſionibꝫ ſiue maledictis

de ꝑuidētia. de iudeis. de ꝯuerſacōne vite· de
alexādro· ⁊ ꝙ ꝓpriā ratione muta habeāt aīa
lia· et ꝙ oīs inſipiēs ſeruꝰ ſit. Et de vita nrō=
rū libꝝ de quo ſup̄ dixiꝰ vnū de apſicis viris
quē et inſcͤpſit id ē de
hac vita ꝯtēplatiua ꝙ videlicꝫ celeſtia ꝯtem
plētur ⁊ ſemp orent deū ⁊ ſub aliis īdicibus
De agricultuā duos· De ebrietate duos· Sūt
et alia eius monimēta ingenij q̄ in nrās ma=
nus nō puenerūt De hoc vulgo apud gre=
cos dicit᷑·i· ~~de hac vita.~~ Aut plato phylonē
ſeq̄tur· aut platonē philo· Tanta em̄ eſt ſili
tudo ſenſuū et eloquij· ca xij·

LUcīꝰ āneus ſeneca cordubēſis· fotini
ſtoyci diſcipulꝰ· ⁊ patruꝰ lucani poe
te· ꝯtinētiſſiē fuit vite. Quē nō pone
rē in catalogo ſcōꝝ niſi me ille epiſtole ꝓuo=
carēt q̄ legūtur a pluimis pauli ad ſenecā· et
ſenece ad paulū. in q̄bus cū eſſꝫ neronis magr̄·
et illiꝰ tpis potētiſſimꝰ optaē ſe dt eiꝰ eſſe lo=
ci apd ſuos. cuiꝰ ſit paulꝰ int̄ xp̄ianos· Hic
an̄ bieniū ꝙ̄ petrꝰ ⁊ paulꝰ martirio corona=
rētur a nerone interfectꝰ ē· ca. xiij·

IOſephꝰ matathie filiꝰ ex iheoſolimis
ſacdos a veſpaſiano captus cū tito filio
eiꝰ relictꝰ eſt hic romam veniēs vij· libros iu=
daice captiuitatis īpatoibꝰ prī filioq3 optulit·

q̄ ⁊ bibliothece publice trēditi sūt. ⁊ ob igenij
gloriā statuā q̄z rome meruit. Scēpsit āt ⁊ ali
os xxiiij ātiq̄tatū libros ab exordio mūdi vſ
ad decimū q̄rtū ānū domiciani cesaris ⁊ duos
.i. ↄflict⁹ adūs⁹ opionē gmaticū alexādrinū
q̄ sb caligula legat⁹ missus ex pte gētiliū Cō
tra philonē etiā libꝝ vitupacōez gētis iudaye
ce ↄtinentē scēpserat. Ali⁹ q̄z lib ei⁹ q̄ īscribit
.i. de potētia dicēdi valde elegās hētur. ī q̄ ⁊
machabeoꝝ digesta sūt mātiria Hic ī decio
octauo ātiq̄tatū libro maīfestissiē ↄfitet ppt
mḡnitudinē signoꝝ xp̄m a phaiseis interfectū
⁊ iohēz baptistā vē pphetā fuisse. ⁊ ppt int̄
fectōez iacobi apli ihēosolimā dirutā Scēpsit
āt de dn̄o ī hūc modū Eodē tpe fuit ih̄s sapi
ēs vir si tn̄ viꝝ eū oportz dicē. eāt em̄ miābi
liū patrator opum. et doctor eoꝝ q̄ libent ve-
ra suscipiūt. pluimos q̄z tā de iudeis q̄p de gē-
tibus sui hūit sectatoēs et credebat esse xp̄s.
Cūq̄z inuidia nr̄oꝝ pn̄cipū cruci eū pilatus
addixissz. nihilomin⁹ q̄ eū primū dilexerāt p
seuera uerēt in fide. Apparuit āt eis tertia die
viuēs Multa hec ⁊ alia miābilia carmīb⁹ p-
phetaꝝ de eo vaticinātib⁹ Et vſ hodie gēs
xp̄ianoꝝ ab h sortita vocabulū nō deficit.

Iustin⁹ tyberiēsis de Capi. xiiij.
puītia galilea. conat⁹ ē ipē iudaycaꝝ

rerū hiſtoriā texē ⁊ q̄ſdā ɔmētariolos de ſcp̄
turis ſ ꝫ hūc ioſeph⁹ arguit mēdacij Cōſtat
āt illū eodē tpe ſcp̄ſiſſe q̄ et ioſeph⁹

Capitulū xv

C Lemēs de q̄ paul⁹ apl's ad phylippēſes
ſcribēs ait· cū clemēte ⁊ ceteris cooperato
rib⁹ meis q̄ꝝ noīa ſcp̄ta ſūt ī libro vite· q̄rt⁹
p⁹ petꝝ rome ep̄s. ſiq̄dē ſcd̄s linus fuit· tci⁹
anaclet⁹· tā ⁊ ſi pleriqꝫ latinoꝝ ꝑm p⁹ aplm
petꝝ putēt fuiſſe clemētē· ſcp̄ſit ex pſona rō
ne ecc̄ie· ad ecc̄iaꝫ corīthioꝝ valde vtilē epl'aꝫ
et q̄ in nōnullis locis etiā publice legit'· q̄ m̄
videt' caractari epl'e q̄ ſub pauli noīe ad he-
breos fert' ɔueīre ſꝫ ⁊ mltis de eadē epl'a nō
ſolū ſenſib⁹. ſꝫ iuxta v̄boꝝ q̄ꝫ ordinē ab vtiꝫ
et ōnino grādis in vtraqꝫ ſiſitudo ē. Fertur et
ſcd̄a ex ei⁹ noīe epl'a q̄ a veterib⁹ reprobat'· ⁊
diſputatio petri ⁊ opiōis lōgo ꝑmone ɔſcp̄ al'r. appionis
ta· quā euſebius ī tertio ecc̄iaſtice hiſtorie vo
lumīe coarguit· Obijt 3° traiani āno et noīs
ei⁹ memoriā vſqꝫ hodie rome exſtructa eccle
ſia cuſtodit

Decimū ſextū ca.

Ignacius anthiochie eccleſie terci⁹ poſt
petrū apoſtolū epūs· pſecucionē mo
nente traiano. dāpnatus eſt· ⁊ ad beſtias. ro
mā victus mitit' Cūqꝫ nauigās ſmyrnā veniſſꝫ
vbi policarpus auditor iohis apl'i ep̄s erat.

ſcpſit vnā epſtam ad epheſyos. alterā ad mḡ
neſianos. tciā ad troieſes. quartā ad rōnos
Et idē egredyēs ſcpſit ad phyladelphenos
⁊ ſmyrneos. ⁊ ꝓprie ad policarpū. ↄmēdās
illi āthiocenā ecctiam. In q̄ ⁊ de euāgelio qd
nup a me trāſlatū ē. ſup pſonā xp̄i poīt teſti
moniū dicēs. Ego vero ⁊ poſt reſurrectionē
in carne eū vidi. ⁊ credo qꝛ ſit et qn̄ venit ad
petrū. ⁊ ad eos q̄ cū petro erāt. dixit eis. Ec
ce palpate me et videte qꝛ nō ſū demoniū in
corpale. Et ſtati tetigerūt eū et crediderūt.
Dignū aūt mihi videt̃ qꝛ tanti viri fecimus
mēſionē. et de epſa ei⁹ quā ad romanos ſcp=
ſit pauca ponē. De ſyria vſqꝫ ad romā pug
no ad beſtias i mari ⁊ in t̄ra. nocte et die liga
tus cū decē leopardis. hoc ē militibꝯ q̄ me cuſ
todiūt. quibꝯ ⁊ cū bn̄fcero peiores fiūt. Ini=
q̄tas aūt eoꝝ mea doctrina ē. ſꝫ nō idcirco iuſ
tificat⁹ ſū. Vtinā fruar beſtijs q̄ mihi ſūt ꝑpa
rate. q̄s ⁊ oro veloces mī eē ad īteritū ⁊ ad ſup
plicia. ⁊ illiciā eas ad me cōmedēdū. ne ſicut
et alioꝝū martirū nō audeāt corpus attingē
meum. Quod ſi noluerit venire. ego vim fa
ciam ego me ingerā vt deuorer. ignoſcite mi
hi filioli mei quid mihi ꝓſit ego ſcio. nunc in
cipio eſſe diſcipulus criſti. nihil de hijs que
videntur deſiderans. vt xp̄m iheſum inueniā

Ignis crux bestie. ꝯfractio oſſiū mēbrorūq3
diuiſio. ⁊ toti⁹ corporis cōtricio. ⁊ tormēta dy
aboli. in me veniāt tātū vt xpō fruar. Cūq3 iā
dāpnat⁹ eſſet ad beſtias. ⁊ ardore paciēdi ru
giētes audiret leones. ait. frumētū xpi ſū. dē-
tibus beſtiaꝝ molar. vt panis mūdus īueni
ar Paſſus ē āno xi. traiani īpatoris Reliq̄e
corporis ei⁹ in āthiochia iacēt extra portā daf
niticā in cimiterio ¶ Decimū ſeptimū ca.

P Olicarp⁹ iobis apli diſcipul⁹. ⁊ ab eo
ſmyrne eps ordinat⁹. toci⁹ aſye prin-
ceps fuit. q̄ppe q̄ nōnullos aploꝝ et eoꝝ qui
dn̄m viderāt ingrōs habuerit ⁊ viderit. Hic
ꝓpt quaſdā ſup diē paſche q̄ſtiones ſub īp
atore ātonino pio ecctiam ī vrbe regēte ani-
ceto romā venit. vbi pluimos credenciū mar
ciōis et valētini pſuaſione deceptos. reduxit
ad fidē Cūq3 ei fortuitu obui⁹ fuiſſꝫ marcion
⁊ dicēt. cognoſce nos: rn̄dit. Cognoſco pmo
geitū ſathane Poſtea vero regnāte marco ā
tonino ⁊ lucio aurelio ꝯmodo iiij. p⁹ nerone
pſecucōe ſmyrne ſedēte pcōſule et vniūſo po
pulo in āphiteatro. adūſus eū pſonāte. igni
tradit⁹ ē. Scripſit ad phylippēſes valde vtilē
eplaꝫ. q̄ vſꝫ ī hodiernū diē ī aſye legit' ꝯuētu

Papias iohānis audi ¶ Ca xviij.
tor iheropolitanus in aſya eps. qnq3

tm̄ ſcṗſit voluīna· q̄ p̄notauit explanacō̄ ſer-
monū dn̄ı̄. ī q̄bꝰ cū ſe ip̄ſacōe aſſerat nō vari
as opiōēs ſeq̄· ꝫ apl'os hrē auctoēs ait. Cōſi
deꝛabā q̄d ādreas· q̄d petrꝰ dixiſſꝫ· q̄d philip
pꝰ q̄d thōs. q̄d iacobꝰ q̄d iohēs· q̄d matheꝰ
vel aliȷ̇ q̄libꝫ diſcipuloꝝ dn̄ı̄ q̄d etiā ariſtiō et
ſe̅ioꝛ iohēs diſcipuli dn̄ı̄ loq̄bāt'· Nō em̄ tm̄
m̄ libri ad legēdū pſūt q̄ptū viua vox· et vꝫ ho
die ī ſuis auctoꝛibꝰ pſonās· Ex q̄ apparet ex
ip̄ō catalogo noīm· aliū eē iohēz q̄ īnt apl'os
ponit'· ⁊ aliū ſenioꝛē iohānē quē pꝰ ariſtionē
enuērat· Hoc āt dicimꝰ ꝓpt ſupioꝛē opionē·
q̄ a pleiſqꝫ retulimꝰ traditū duas poſterioꝛes
epl'as· iohis nō apl'i eē ꝫ p̄ſbr̄i Hic dicit' mil
le ānoꝝ iudaicā edidiſſe· i· nouitatē quē ſecuti
ſūt hyreneꝰ appolliaris ⁊ ceteri q̄ pꝰ ēſurrectō
nē aiūt ī carne cū ſc̄is dn̄m ēgnatuꝝ Terculi
anꝰ q̄ꝫ in libro de ſpe fideliū ⁊ victoꝛinꝰ pecta
bionēſis ⁊ lactācıꝰ in hāc opionē deducūtur·

Quadratꝰ aploꝝ diſcipulꝰ pub ca· xix.
lio atheīaꝝ ep̄ō ob xp̄i mārtiriū coꝛona
to· ī locū eiꝰ ſubſtituit' ⁊ eccl'iaꝫ grādi terroꝛe diſ
pſā· fide ⁊ īduſtria ſua reuocauit· Cūqꝫ adri
anꝰ athenis exegiſſꝫ hyemē īuiſens eleuſinā·
⁊ oībꝰ pene grecie ſacris īiciatus dediſſꝫ occa
ſionē hiȷ̇s q̄ criſtū oderāt· abſqꝫ p̄cepto imp-
atoꝛis vexaē credētes poꝛrexit ei libꝝ pro nr̄ā

religione cõpoſitũ valde vtilẽ·plenũqȝ ratio
nis ⁊ fidei et apoſtolica doctrina dignũ·in q̃
⁊ antiq̃tatẽ ſue etatis oſtendẽs·ait pluimos
a ſe viſos qui ſub dño varijs in iudea oppreſ
ſi calamitatibꝫ ſanati fuerant· et q̃ amortuis
reſurrexerant

Vicesimũ capitu·

a Riſtides athenienſis ph̃s eloquẽtiſſi
mus·et ſub priſtino habitu diſcipulꝰ
criſti·ſcripſit volumen. dogmatis noſtri ratio
nem ꝯtinens·eodem tẽpore quo ⁊ quadratꝰ
adriano principi dedit
pro xp̃ianis. quod vſ hodie pſeue=
rans apud philoſophos ingenij eiꝰ indiciũẽ

Vicesimũ primũ

a Grippa cognomẽto caſtoris vir valde
doctus. aduerſus xxiiij voluĩna baſilidis hẽ=
tici que in euãgelium cõfecerat· fortiſſime diſ
ſeruit·prodẽs eius vniuerſa miſteria ⁊ pro=
phetas enumerãs barchabã ⁊ barcos· ⁊ ad
terrorẽ audienciũ alia quedã barbara noĩa
figurans· ⁊ deum maximũ eius abraxas qui
quaſi annum continẽs iuxta grecorũ nume=
rum ſupputetur· Mortuus eſt aũt baſilides
aquo gnoſtici in alexãdria tẽporibꝫ adriani·
Qua tẽpeſtate ⁊ cochebas dux iudaice fac
tionis·xp̃ianos varijs ſupplicijs enecauit·

Vicesimū scdm·

e Egesippus vicin⁹ aplicoꝝ tpoꝝ.oēs a passioē dn̄i vsqȝ ad suā etatē ecclīasti coꝝ texens actuū historias. multaqȝ ad vtili tatē legenciū ptinentia·hīcinde ꝯgregās·qn̄ qȝ libros ꝯposuit ſmone simplici·vt quoꝝ vitā sectabat᷑.dicēdi q̄ȝ exp̄met caracterē Ast scit se venisse romā sub aniceto q̄ decim⁹ post petrū ep̄s fuit·⁊ pseuerasse vsqȝ ad eleuthe rū eiusdē vrbis ep̄m.q̄ aniceti quōdā dyaco nus fuit. Pretēa adūsū idola disputans quo primū errore ꝯcreuissent·subtexuit historiā ex qua ostendit qua floruerit etate. Ait em̄. Tumulos mortuis.tēplaqȝ fecerūt sicut vsqȝ hodie videm⁹ Ex q̄bus est ⁊ ātinous seruus adriani cesaris cui⁹ et gymnic⁹ agon exercet᷑ apud ātinoum ciuitatē·quā ex eius noīe cō- didit ⁊ pphetas statuit in templo. antinuū autē in delicijs habuisse adrian⁹ cesar descri- bitur.

Vicesimū terciū capitulū

i Iustinus philosoph⁹ habitu quoqȝ philosophoꝝ incedens de neapoli vrbe palestine patre prisco bacchio.pro re- ligione cristi plurimū laborauit·intantum vt antonino quoqȝ pio et filijs eius ⁊ senatui li brū ꝯtra gentes scriptū daret.ignominiāqȝ

crucis non erubeſcēt· et aliū librum ſucceſſo-
ribus eiuſdē anthonini marco· antonino ve-
ro et lucio aurelio cōmodo Extat eius et aliud
volumen cōtra gentes vbi de demonū quoqꝫ
natura diſputat et quartū aduerſū gētes cui
titulum pnotauit

Sed et alius de monarchia
dei. et alius liber quē prenotauit

et alius de anima et dia-
logus cōtra iudeos quē habuit aduerſus tri
phonē principem iudeoꝝ. ſed et cōtra marci-
onem inſignia volumina quorum hyrineus
quoqꝫ in quinto aduerſus hereſes libro me
minit Et alius liber cōtra omēs hereſes cu-
ius facit menſionē in apollegetico quē dedit
antonino pio Hic cū in vrbe roma haberet

id eſt diſſenſiones
vel cōflictus et creſcentē symiaum qui multa
aduerſus xpianos blaſphemabat· redargu
eret guloſum· et mortis timidū. luxurieqꝫ et
libidinū ſectatorem. ad extremū ſtudio eius
et inſidijs accuſatus quod xpianus eſſet · pro xpō
ſanguinē fudit.

Vicesimū quartū capitulū

Melito aſianus ſardenſis epiſcopus. li
brum imperatori marco antonino
vero qui frontonis oratoris diſcipulus fuit.

ꝑ xp̄iano dogmate dedit. Scripſit q̄ȝ et alia de quibꝰ iſta ſūt q̄ ſubiecimꝰ. De paſcha duos libros. De vita pphetarū librū vnū. De ecc̄ia librū vnū De die dn̄co. librū vnū. De fide. liber vnus De plaſmate liber vnus. De ſenſibꝰ liber vnꝰ De aīa ⁊ corpe. liber vnus. De baptiſmate liber vnus. De veritate liber vnus. De gn̄acione xp̄i lib vnꝰ. De pphecia ſua lib vnꝰ De o i a lib vnꝰ. i. de hoſpitalitate et aliū libꝝ qui clauis inſcribitꝰ. De dyabolo liber vnus. De apocalipſi iohānis liber vnꝰ Kai ac. liber vnus. Et eulogiaꝝ libro ſexto. Cuius elegans et clamatoriū ingeniū. Tertulianꝰ in ſeptē libris q̄s ſcripſit adūſus ecc̄iam p mōtano cauillatꝰ dicēs eū a pleriſq̄ȝ noſtroꝝ pphetā putari.

Capitulū xxv.

Theophilus ſextus ātiochene ecc̄ie epūs ſub īpatore marco ātonino vo librū cōtra marcionē cōpoſuit. q̄ vſq̄ȝ hodie extat Ferūtur eiꝰ et ad antolicū tria voluīna Et cōtra hēſim hermogenis lib vnus. et alij breues elegantesq̄ȝ tractatꝰ ad edificacōem ecc̄ie ptinētes. Legi ſub noīe eius ī euāgeliū et puūbia ſalomoīs ↄmētarios qui mihi cum ſupiorū voluminū elegācia et phraſi. i. narratione non videtur cōgruere.

Vicesimū sextū.

a Apollinaris asie iherapolitan⁹ epūs. sub impatore marco antonino vero floruit. cui et insigne volumē p fide xpianoꝝ dedit Extant ei⁹ et alia quoqꝫ libri adūsus gētes. libri tres de veritate. duo adūsus catafrigas. tūc pmū cū prisca et maximilla insanis vatibus incipiēte montano. Ca. xxvij.

Dyonisi⁹ corinthioꝝ eccīe epūs tante eloqntie et idustrie fuit. vt non solū sue citatis et puincie pplos. ſꝫ et aliaꝝ puīciaꝝ et vrbiū epſis erudiret. Equibꝰ est vna ad lacedemoīos. alia ad atheniēſes. tcia ad nicomediēſes. qrta ad cretēſes. qnta ad ecclesiā amaſtrinā et ad reliqs ponti ecclesias. sexta ad gnosianos et ad pinitū eiuſdē vrbis epm. ſeptima ad romanos quā scpſit ad sotherē epm eorū. octauā ad criſophorā scām feminā. Claruit sub ipatoē marco antonino vero et lucio aurelio comodo Ca. xxviij.

p Pynitus cretēsis gnosye vrb eps scpſit ad dyonisiū corīthioꝝ epm valde elegantē epiſtolā. in qua docet nō semp lacte populos enutriēdos. ne qsi puuli ab vltimo occupētur die ſꝫ et solido vesci drē cibo vt ī spiritalē pficiāt senectutē. Et hic sub marco ātonino et lucio aurelio comodo floruit

t TAcian⁹ hẽſiar ¶ capi·xxix

ches q̃ primã oratoriã docẽs· nõ puã
ſibi gloriã ex arte rethorica cõpauerat·iuſti=
ni martiris ſectator fuit·florẽs in eccĩa q̃ diu
ab eius latẽ nõ diſceſſit Poſtea vero ĩflatus
eloquẽcie tumore·nouã hẽſim cõdidit· q̃ en=
craticarꝝ dr̃·quã poſtea ſeuerus auxit a quo
eiuſdẽ ptis hẽtici ſeueriani vſqȝ hodie appel
lãt̃ Porro tacian⁹ ĩfinita ſcpͦſit volumĩa· e q̃=
bus vn⁹ ɔtra gẽtes florẽtiſſim⁹ extat liber q̃
int̃ oĩa opa eius fert̃ ĩſignis· Et hic ſub ĩpa
tore marco ãtonino vero et lucio aurelio cõ=
modo floruit

¶ Tricesimũ capitulũ

p Philippus eps̃ cretẽſis. hoc eſt vrb co=
ritine. cui⁹ dyoniſi⁹ in epl̃a ſua meniit
quã ſcpͦſit ad eiuſdẽ ciuitatis eccĩam·p̃clarꝝ ad
uſũ marcionẽ edidit librꝝ·tpibusqȝ marci ãto
nini veri ⁊ lucij aurelij ɔmodi claruit xxxi

m Muſanus nõ ignobil̃ int̃ eos q̃ de eccleſi
aſtico dogmate ſcripſerũt ſub ĩpatorẽ
marco ãtonino vero ɔfecit libros ad quoſdã
frẽs q̃ de eccleſia ad encraticarꝝ hẽſim declina
uerunt

m Modeſtus ¶ Triceſimũ ſcd̃m ca

et ipſe ſub impatore marco antonino
vero. et lucio aurelio commodo aduerſus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

marcionē ſcripſit librū q̄ vſq; hodie pſeuerāt
Ferūtur ſub noīe ei⁹ et alia
id ē documēta ꝗ ab eruditis quaſi
.i. falſe ſupſcꝑtiones r̄pudiātur ¶ ca. xxxiij
BArdeſanes in meſopotamia clar⁹ habi
tus ē q̄ primū valētini ſectator deīde cō
futat⁹ nouā hēſim ipſe ꝯdidit. Ardēs ei⁹ aſi
ris p̄dicat̄ ingeniū ⁊ in diſputacōe vehemēs
Scripſit īfinita adu̓ſū omēs pene hēticos q̄
etate ei⁹ pullulauerāt In quib⁹ clariſſim⁹ ille
et florētiſſim⁹ liber eſt. quē marco āto nino de
fato tradidit ⁊ multa alia ſup pſecucōe volu
mia q̄ ſectatores ei⁹ de ſira ligua v̄tert̄ in gre
cā Si aūt tanta vis ⁊ fulgor ē in īterp̄tacōne.
ꝗ̄tā putam⁹ eſſe ī ſmone ꝓprio⁹ ¶ ca xxxiiij.
Victor tēius dem⁹ rōne vrb̄ epūs ſup q̄ſti
one paſche et alia quedā ſcribēs opuſ
cula rexit ecclīam ſub ſeuero p̄cipe ānis decē
¶ Tricēſimū quintū capitulū.
HIreneus fotini epi q̄ lugdunēſem ī gal
lia regebat ecclīam p̄ſbiter. a martirib⁹ eiuſ
dē loci ob q̄ſdā ecclīe q̄ſtioēs legat⁹ romā miſ
ſus hōrificat⁹ ſup noīe ſuo ad eleutheriū ep̄z
refert litteras Poſtea iā fotino ꝓpe nonage
naio ob xp̄i martiriū coronato ī locū ei⁹ ſub
ſtituit̄. Cōſtat āt policarpi cui⁹ ſup̄ fecim⁹ mē
tionē ſacdotis ⁊ mātiris hūc fuiſſe diſcipulū

Scrip̄sit quoq3 aduſus heſes libros. ⁊ ɔtra gē
tes volumē breue. et de diſciplina aliū. et ad
marciones fraudē de apłica p̄dicacōe et librū
varioꝝ tractatuū. et ad blaſtū de ſciſmate. et
ad florinū de monarchia. ſiue ꝗ deꝰ nō cōdi-
og doade / toꝛ maloꝝ et de egregiū documētū i cuiꝰ fine
ſignificat ſe apoſtolicoꝝ tēpoꝝ vicinū fuiſſe
Subſcribit etiā. Adiuro te q̄ trāſſcribis libꝝ
iſtū p dn̄m noſtrū ihesū xp̄m et p gl'oſū eiꝰ
aduētū quo iudicaturꝰ ē viuos et mortuos.
vt cōferas poſtq̄ trāſſcripſeris et emēdes eū
ad exēplar vnde ſcripſiſti diligētiſſime. hanc
quoq3 obteſtacionē fideliter trāſſferas vt inue-
niſti in exemplari Ferūtur eius ⁊ alij ad vic
toꝛē ep̄m romane de queſtioib3 paſche ep̄le
in q̄bus cōmonet eū non facile debē vnitatē
collegij ſcindē Siqdem victoꝛ multos aſie et
oꝛiētis epōs q̄ quartadecia luna cū iudeis ce-
lebrabant paſcha dāpnādos crediderat In
quā ſententiā etiā hij q̄ diſcrepabāt ab illis
victoꝛi non dederūt manꝰ Floꝛuit maxie ſub
cōmodo p̄ncipe q̄ marco ātonino vero impa
toꝛi ſucceſſerat Tricesimū ſextū ca.

Pantenꝰ ſtoyce ſecte p̄bus iux̄ quādā ve
terē in alexādria ɔſuetudinē. vbi a mar
co euāgeliſta ſemp eccleſiaſticī fuē doctoꝛes.
tante prudētie et erudicōnis tā in ſcripturis

q̄ in ſeculari litteratura fuit· vt in india q̃ʒ roga
tus ab illis gentis legatis a demetrio alexā⸗
drie epō mittētur· Vbi reppeit bartholomeū
vnū de duodecī aplīs aduētū dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i
iuxta mathei euāgeliū p̄dicasse· qđ hebreis
litteris ſcriptū reuertēs alexādriā ſecū detulit
Huiꝰ multi quidē in ſcām ſcripturā extāt cō⸗
mētarij · ſed magis viua vox eccleſijs ꝓfuit·
Docuitqʒ ſub ſeuero pri̅cipe et ātonino cog⸗
nomēto caracalla Ca·xxxvij·

Rodon genē aſianꝰ a taciano de quo ſu⸗
p̄ diximꝰ rome in ſcpturis eruditꝰ·edi⸗
dit pluima p̄cipuūqʒ adu̍ſū marcionē opus
in q̄ refert quō ipſi q̃ʒ int ſe marcōnite diſcre
pent·et appellen ſenē aliū hēticū a ſe quōdā
fuiſſe victū et riſui habitū·eo q̄ deū q̄ coleret
ignorare ſe dixerit· Memit in eodē libro quē
ſcp̄ſit ad calliſtionē·taciani ſe rome fuiſſe au
ditorē· Sʒ et in examerōn elegātes tractatus
ꝯpoſuit·et adu̍ſus catafrigas inſigne opus
tēporibꝰqʒ cōmodi et ſeueri floruit·

Tricesimū octauū capi·

Clemēs allexādrine ecclie preſbitē pā⸗
theni de q̄ ſup̄ retulimꝰ auditor· poſt eiꝰ mor
tem alexādrie eccleſiaſticā ſcolā tenuit
id ē doctrinarū magiſter fuit Ferū⸗
tur eiꝰ inſignia volumina plenaqʒ erudicōis

et eloquēcie. tā de ſcꝑturis d'inis ꝙ̄ de ſcula=
ris litterature īſtrumēto Ex qbus illa ſūt

id ē

varietatū libri octo adūſus gētes liber vn9.
De pedagogis libri tres. De paſcha lib v=
nus. De ieiunio lib vn9. De diſceptacōe lib
vnus. ⁊ ali9 q̄ inſcribit' q̄s nā diues ille ſit q̄
ſaluet'. De obtrectacōe lib vn9 De canonib9
ecc̄iaſticis ⁊ adūſū eos q̄ iudeoꝝ ſequūt' erro
res lib vn9 quē ꝓprie alexādro ihēoſolimaꝝ
epō oñdit Memīt aūt īſtromatib9 ſui volui=
nis taciani adūſus gētes de q̄ ſuꝑ diximn9 et
caſſiani cuiuſdā cronographie id ē tēpoꝝ de
ſcripſio qđ opuſculū inueīre nō potui. Nec
nō et de iudeis ariſtobolū quēdā et demetriū
et eupolemiū ſcꝑtores adūſū gētes refert q̄
in ſiſitudine ioſephi id ē
p̄ncipia tēporū moyſi et iudayce gētis aſſe=
ruerint Extat alexādri iheroſolimorū epi q̄
cū narſiſſo poſtea rexit ecc̄iam epl'a ſup ordi
nacione aſcleppyadis cōfeſſoris ad āthiocē=
ſes cōgratulātis eis ī qua ponit in fine. Hec
vobis domini fratres ſcripta trāſmiſi per cle=
mentē beatū preſbiterū virum illuſtrem et
probatū quem vos quoqȝ ſcitis et nunc ple=
nius cognoſcetis qui cum huc veniſſet iuxta
prouidētiam et viſitacionem dei. cōfirmauit

et auxit dm ecciam· Cōſtat origenē hui⁹ fuiſſe diſcipulū· Floruit āt ſeueri ⁊ ātonini filij ei⁹ tēporibꝰ

Tricesimū nonū capitu.

Milciades cui⁹ rodon i ope ſuo qd aduſus mōtanū et priſcā maximillāqꝫ ꝯpoſuit recordat⁹ ē· ſcpſit ꝯtra eoſdē volumē pcipuū· ⁊ aduſū gentes iudeoſqꝫ libros alios ⁊ pncipibꝰ illius tēporibꝰ apolegeticū dedit· Floruit āt marci ātonini cōmodiqꝫ tporibꝰ.

Quadragesimū capitulū·

Appollomi⁹ vir diſertiſſim⁹ ſcpſit aduſus mōtanū ⁊ priſcā et maximillā iſigne et lōgū voluīnē· in q̄ aſſerit mōtanā et inſanas vates ei⁹ piſſe ſuſpēdio ⁊ multa alia in q̄bꝰ de pſca et maximilla refert dicēs Si negāt eas accepiſſe munera. ꝯfiteātur non eſſe pphetas q̄ accipiūt ⁊ mille hoc teſtibꝰ approbabo Sꝫ ex alijs fraībꝰ pbātur pphete. Dic mihi crinē fucat pphetes· Stibio oculos linit. Veſtibꝰ ornat⁹ ⁊ gēmis· ppheta tabula ludit ⁊ teſſeris· ppheta fenus accipit· Reſpōdeāt ſi hoc fieri liceat· an nō. Meū eſt pbare qꝫ fecerit Dicit in eod libro q̄dragesimū eſſe ānū vſqꝫ ad tēpus qd ⁊ ipē ſcribebat librū· ex quo heresis catafrigaꝝ habuerit exordiū. Tertulianus ſex volumibꝰ aduſus ecciam editis q̄ ſcpſit de id ē exceſſu mentis

ſeptimū ꝓprie aduͤſus apolloniū elaborauit
in q̊ oīa q̄ ille arguit conat̄ defendē· Floruit
aūt apolloniꝰ ſub ꝯmodo ſeueroq; pn̄cipibꝰ
SErapyō vndecīo ꝯmodi īpatoris ¶ xxvij
anno ātiochie eps̄ ordiatꝰ· ſcp̄ſit epl'a;
ad carinū ⁊ pontū· de hēſi mōtani· in q̄ ⁊ hoc
addidit· Vt aūt ſciatis falſi huiꝰ dogmatis. i·
noue ꝓphecie ab oī mūdo īfamiā reprobari
miſi vob̄ apolliaris btiſſimi q̄ fuit iherapoli
aſye eps̄ litteás· Ad dn̄m q̊; q̄ pſecucōis tpe
ad iudeos declīauerat volumē ꝯpoſuit. ⁊ aliū
de euāgelio qd̄ ſub noīe petri fert̄ librū ad
roſenſem cylicie eccīam. q̄ in hēſim eiꝰ lectiōe
diūterat· Legūtur et ſparſim breues eiꝰ epl'e
auctoīs ſui· i· ītelligēcie ⁊ vite ꝯgruētis
Appoloniꝰ rōne vrb̄ ſenator ſub cōmo-
do pn̄cipe a ſeuero ꝓditus eo ꝙ xp̄ia
nus eſſet· īpetrato vt fidei ſue rōnē redderet
inſigne volumē ꝯpoſuit· qd̄ in ſenatu legit. ⁊
nihilominꝰ ſentētia ſenatꝰ. ꝓ xp̄ō capite trū
catur. veteē apud eos optinēte lege. abſq; ne
gacione nō dimitti xp̄ianos q̄ ſel' ad eorū iu
diciū ptracti eſſent ¶ xli·
Theophilꝰ ſeſaree paleſtine· q̄ olim tur
ris ſtratonis vocabat̄ eps̄· Sub ſeue-
ro pn̄cipe aduͤſū eos q̄ decima q̄rta luna cū iu
deiꝰ paſcha faciebāt· cū ceteris epis ſynodicā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bet valde vtilē ꝯpoſuit epl'am c xlij.
Achil⁹ corīthioꝝ ep̄s ſub eod̄ ſeuero
pn̄cipe clar⁹ hītus ē. ⁊ de paſcha ex oīm q̄ in
achaia erāt epōꝝ pſona. elegātē libꝝ ſcripſit
POlicrates epheſiorū ep̄s cū exte c xliij
ris ep̄is aſie. q̄ iux̄ quādā veterē ꝯſuetu
dinē xiiij. cū iudeis luna paſcha celebrabāt.
ſcp̄ſit adu̇ſū victorē ep̄m rōnū ep̄l'az ſynodi-
cā. in q̄ docet ſe apl'i iohānis ⁊ veteꝝ auctori
tatē ſeq̄. de q̄ hec pauca excerpſim⁹. Nos inui
olabilē celebram⁹ diē neq3 addētes aliq̄d ne
q3 dimmiuētes. Etenī in aſya luīnaria maxīa
dormierūt. q̄ reſurgēt in die dn̄i. qn̄ ventur⁹ ē
de cel' in mageſtate ſua. ⁊ ſuſcitatur⁹ oēs ſcōs
philippū loq̄r de duodecī apl'is. q̄ dormiuit
iherapoli. ⁊ duas filias ei⁹ q̄ v̓gines ſenuerūt
⁊ aliā filiā ei⁹ q̄ ſpū ſcō plena i epheſo occu-
buit Sz ⁊ iohānes q̄ ſup̄ pect⁹ dn̄i recubuit.
et pōtifex ei⁹ fuit. aureā laminā in frōte por-
tās. mātir ⁊ doctor i epheſo dormiuit. Et po
licarp⁹ ep̄s ⁊ martir. ſmirne cubat. Traſeas
q̄3 ep̄s ⁊ mātir de eumenia. i eadē ſmirna req̄
eſcit. Quid necē ē ſagaris ep̄i ⁊ mātiris recor
dari. q̄ in laodicia ſoporat⁹. ⁊ bti papiri ⁊ mi
litonis in ſcō ſpū eunuchi. q̄ ſemp deo ſuiēs.
poſitus ē in ſardis. ⁊ exſpectat in aduētu ei⁹
reſurrexionē. Hij omēs obſeruauerūt diem

paſche decĩa q̃rta luna ab euãgelica tradicõe
ĩ nullã pte declinãtes. et ecc̃iaſticũ ſeq̃ntes ca-
nonẽ. Ego q̃z minĩ? oĩm veſtꝝ policrates. ſm
doctrinã ꝓpinq̃ꝝ meoꝝ q̃s et ſecut? ſũ ſeptẽ
q̃dẽ fuerũt ꝓpinq̃ mei epĩ. et ego octau? ſemp
paſcha celebraui. qñ ꝑplus iudeoꝝ azima fa-
ciebat. Itaq̃z frẽs. lxv. ãnos hñs etatis mee ĩ
dño et amicis de toto orbe frĩbꝫ erudit? pag̃-
ta õni ſcp̃tura. nõ formidabo eos q̃ nob minã
tur. Dixerũt ei maiores mei. Obediẽ deo mag̃
opoꝛtz q̃ȝ hoĩbꝫ. Hec ꝑptẽa poſui vt ĩgeniũ
et auctoritatẽ vi ex ꝑuo opuſculo demõſtrarẽ
Floꝛuit ſeueri pn̄cipis tpibus. eadẽ etate qua
narciſſus iheroſolime exiſtebat Ca. xlvi. iiij

Eraclitus ſub comodi ſeueriq̃z impio.
in apl̃m cõmẽtarios cõpoſuit Ca. xlv.

Axim? ſub eiſdẽ pn̄cipibꝫ famoſã q̃ſ-
tionẽ inſigni volumine vẽtilauit malũ
et q̃ materia a deo fcã ſit Ca. xlvi.

Andid? regnãtibꝫ ſupdc̃is ïexamerõ
pulcherrimos tractat? edidit Ca. xl vij

ppion ſub ſeuero pn̄cipe ſiliter in exa-
meron tractat? fecit Capitu. xlviij

Extus ſub ĩpatore ſeuero librũ de re-
ſurrectione ſcripſit Capitulũ. xlix

Rabian? ſub eodẽ pn̄cipe edidit q̃dã
opuſcula. ad xp̃ianũ dogma ptinẽtia.

Iudas de ſeptuagita Ca l.
apud danielē ebdomadibꝰ pleiſſime
diſputauit id ē cronographian ſupiorū tēpo
rū vſqȝ ad decimū ſeueri ptinacis pduxit an-
nū. In qua erroris arguit᷑. q aduentū ātixpi
circa ſua tpa futurū eſſe dixerit. Sȝ hoc ideo
qꝛ magnitudo pſecucionū. pn̄tem mūdi mi-
nabatur occaſū Capitulū li.
Tertullianꝰ pſbiter q̄ nūc demū primꝰ
poſt victorē ⁊ appolloniū latinoꝝ po
nit᷑ puīcie affrice ciuitatis cartaginēſis. prē
cēturione pcōſulari. hic acris et vehementis
ingenij ſub ſeuero pn̄cipe et ātonino caracal
la maxīe floruit. multaqȝ ſcripſit volumīa. q̄
qꝛ nota ſūt plurimis pretmittimꝰ. Vidi ego
quēdā paulū cōcordie qd oppidū ytalie eſt ſe
nē qui ſe bti cipriani iā grādis etatis notariū
cū ipſe ad modū eſſȝ adoleſcēs rome vidiſſe
diceret referentēqȝ ſibi ſolitū nūq̄ ciprianū
abſqȝ tertulliani lectiōe vnā pteriſſe diē ac ſibi
crebro dicētem. da mihi magiſtrū tertullianū
viȝ ſignificās. Hic vſqȝ ad mediā etatē pſbi
ter fuit ecc̄e affrice. inuidia poſtea ⁊ cōtumelia
clericorū romane eccleſie ad mōtani dogma
delapſus. in multis libris noue pphecie me
minit Specialiter autē aduerſum eccleſiam
texuit volumina de pudicicia. de perſecucōe.

de ieiunijs. de mōogamia de extaſi libros ſex.
et ſeptimū quē adu̍ſus appolloniū ꝯpoſuit.
Fert̄ qȝ vixiſſe vſqȝ ad decrepitā etatē ⁊ mul
ta q̄ nō extſtāt opuſcula ꝯdidiſſe Ca. liii.

ORigenis q̄ ⁊ amācius decio ſeueri ꝑti
nacis āno adu̍ſus xp̄ianos ꝑſecucōne
cōmota leonide patre criſti martirio corona-
to. cū ſex fratribꝰ ⁊ mrē vidua paup relinq̄t̄
ānos natus circit̄ decē ⁊ ſeptē. Rē em̄ famili
arē ob ꝯfeſſionē criſti fiſcꝰ occupauerat Hic
alexādria diſperſa ecclia octauodecio etatis
ſue āno id ē doctrinaꝝ. opꝰ
aggreſſus. poſtea a demetrio eiuſdē vrb̄ epō
in locū clemētis preſbr̄i cōfirmatꝰ p multos
ānos floruit Et cū medie eſſet etatis et ꝓpt̄
eccleſias achaye q̄ plurimis hēſibꝰ vexabāt̄
ſub teſtimonio eccliaſtice epiſtole athenas
p paleſtinā ꝑgeret. a theodiſto et allexādro
ceſaree ⁊ ihēoſolimaꝝ epīs preſbit̄ ordina-
tus. demetrij offendit aīmos. Qui tāta adu̍-
ſus eū debachatꝰ ē inſaīa vt p totū orbē ſup
noīe eiꝰ ſcriberet Cōſtat aūt āteq̄ migret fu
iſſe rome ſub zephirino epō et ſtatī allexan-
driā reu̍ſū heraclā preſbiterū q̄ in hitu phi-
loſophi ꝑſeuerabat adiutorē ſibi feciſſe

Qui q̄dem et
poſt demetriū alexandrinā tenuit eccleſiam

Quãte aũt glorie fueit hinc apparet. qd̕ fir-
mianus ceſaree ep̄us cũ õni capadocia eũ in
uitauit et diu tenuit. ⁊ poſtea ſub occaſione
ſcõꝝ locoꝝ paleſtinã veniẽs. diu ceſaree ab eo
in ſcĩs ſcṕturis eruditus ẽ. Sʒ et illud qd̕ ad
mãmeã mrẽm alexãdri ĩpatoris religioſam
feminã rogatus veit ãtiochiã. et ſũmo hono
re habitus ẽ. ⁊ ad philippũ ĩpatorẽ q̃ ṗmus
de regibꝫ rõnis xp̄ianus fuit ⁊ ad mrẽm eius
litteras fecit q̃ vſqʒ hodie extãt q̃s ignorat. ⁊
ꝙ tantũ hũerit in ſcṕturis ſcĩs ſtudij vt etiã
hebreã linguã ꝯtra etatis gẽtiſqʒ ſue naturã
ediſceret. ⁊ exceptis ſeptuagĩta ĩterp̄tibꝫ. ali
as q̃ʒ edicões in vnũ ꝯgregaret aq̄le ſcʒ põ-
tici ꝓſeliti ⁊ theodocõnis hebionei ⁊ ſimna-
chi eiuſdẽ dogmatis. Qui in euãgeliũ q̃ʒ ~~ma-~~
~~tai~~. iuxta matheũ ſcṕſit ꝯmẽtarios de quo et
ſuũ dogma affirmare conat᷑. Pretẽa et qntã
et ſextã ⁊ ſeptimã edicionẽ q̃s et nos de eius
biblioteca habem⁹. miro labore repperit ⁊ cũ
ceteis edicioĩbꝫ ꝯpauit. Et qꝛ ĩdicẽ opis ei⁹
in volumĩbꝫ epłaꝝ q̃s ad paulã ſcṕſim⁹ in q̃
dã epła ꝯtra varrois opa ꝯferẽs poſuit. nũc
omitto. illud de ĩmõ̃li ei⁹ ĩgenio nõ tacẽs ꝙ
dyaleticã quoqʒ ⁊ geometriã. et aſtronomi-
am. et ariſmetricã. muſicam. et gramaticam.
et rethoricam. omniũqʒ philoſophoꝝ ſectas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ita didicit. vt ſtudioſos q̊ʒ ſecularium litteraꝝ
ſectatoꝛes hr̄et. ⁊ īterp̄taret̉ eis cotidie. ꝯcur-
ſusqʒ ad eū mirifici fierēt. Quos ille ꝓptēa
recipiebat. vt ſub occaſiōe ſecularis litteratuṙe
in fide xp̄i īſtituerꝫ. De crudelitate āt pſecuci
onis que aduſū xp̄ianos ſub decio ꝯſurrexit
eo qꝫ ī religiōe philippi deſeruiſſꝫ quē interfece
rat. ſupfluū ē dicē. cū etiā fabianꝰ rōne ecclie
ep̄s in ip̄o occubueit. et alexander ⁊ babilas
iheoſolimaꝝ et āthiochene ecc̄ie pōtifices in
carcē ꝓ ꝯfeſſione xp̄i dormierit Et ſi q̂s ori-
genis ſtatu ſcire velit q̃d actū eidē ſit. p̉mū q̄
dē de ep̄lis eiꝰ q̄ poſt pſecucōeʒ ad diūſos miſ
ſe ſūt. deīde ⁊ de ſexto euſebij ceſarieñſis eccłaſ
tice hiſtorie libro. ⁊ ꝓ eodē origene ſex volu-
minibꝰ poſſit liq̄do cognoſcē Vixit vſqʒ ad gal
lū et voluſianū id ē vſ ad ſexageſimū nonū
etatiꝰ ſue ānū. ⁊ mortuꝰ ē tyri in q̄ vrbe ⁊ ſe-
pultus eſt ¶ ca. lvi
Ammoniꝰ vir deſertꝰ ⁊ valde eruditꝰ in
philoſophya. eod' tp̄e alexādrie clarꝰ
hītꝰ ē. Q' inē mlta igenij ſui ⁊ p̄clara mōimē
ta. etiā de ꝯſonāciam oyſi ⁊ ihu opꝰ elegās cō
ꝯpoſuit. ⁊ euāgelicos canoēs excogitauit q̊s
poſtea ſecutꝰ ē euſebiꝰ ceſarieñſis. hūc falſo ac
cuſat porphiriꝰ qꝫ ex xp̄iano ethnicꝰ fueit. cū
ꝯſtꝫ eū vſ ad extremā vitā xp̄ianū pſeueāſſe

Ambroſius p̉mū Capi.liiij
marcioĩtes. deĩde ab origene correctꝰ
ecc̄ie diaconꝰ ⁊ ꝯfeſſioĩs dn̄icę·gloria ĩſignis
fuit Cui ꝑtheotiſto p̄ſbitero lib̄ origeĩs de
martirio ſcribit᷑·huiꝰ ĩduſtria et ſūptu et ĩſtā
cia Ad hūc ĩfinita origenis dictauit voluīna
Sʒ ⁊ ipſe q̄ꝑpe ut vir nobil̄ nō in elegātis in-
genij fuit ſicut eiꝰ ad origenē ep̄le ĩdicio ſūt·
Obijt aūt an̄ mortē origenis Et ĩ hoc a ple
riſqʒ rep̄hendit᷑. ꝙ vir locuples·amici ſui ſe-
nis ⁊ paupis·moriēs nō recordatꝰ eſt·
Triphon origenis audi Ca lv·
tor ad quē nō nulle eiꝰ extāt ep̄le.ĩ ſcp̄
turis eruditiſſimꝰ fuit·qd̄ q̄dē ⁊ m̄lta eiꝰ ſpar
ſim oñdunt opuſcula·et p̄cipue liber quē cō-
poſuit de vacca rufa ĩ deteonomio. et de ~~id ē~~
coeq̄libꝫ etate aĩalibus ⁊ de diuiſionibꝫ q̄ cū
colūba ⁊ t᷑ture ab abrahā ponūt᷑ in geneſi
Minucius felix rome ĩſignis ca lvi.
cauſidicꝰ·ſcp̄ſit altricacioĩs dyalogū
xp̄iani ⁊ hētici diſputātis·q̄ octauꝰ inſcribit᷑
Sʒ ⁊ aliꝰ ſub noĩe eiꝰ fert᷑ de fato vel ꝯtra ma
thematicos Qui cū ſit ⁊ ipē diſti hoĩs·nō vi
det᷑ m̄ cū ſupioribꝫ libris ſtilo ꝯuenire Me-
mīt huiꝰ minucij ⁊ lactāciꝰ ĩ libris ſuis lvij
Gaiꝰ ſub zepherino rōne vrb̄ epō.i.āto
nino ſeueri filio·diſputacionē adūſus

ꝓpaulū mōtani ſectatorē valde īſignē habuit. arguēs eū temeritatis ſup noua ꝓphecia de-fendēda. ⁊ in eodē q̄ꝫ volūine epiſtolas pauli xiij. enumerās. xiiij. q̄ fert ad hebreos. dicit nō ei⁹ eſſe Sꝫ et apud rōnos vſqꝫ hodie. q̄ſi pauli apl̄i nō habet.

Ca. lviij

BErillus arabie boſtren⁹ ep̄s. cū aliq̄to tpe gl̄oſe rexiſſꝫ eccl̄iaꝫ. ad extremū lapſus ī hēſim q̄ xp̄m an̄ īcarnacōeꝫ fuiſſe negat ab origene correct⁹ ſcp̄ſit varia opuſcula. et maxīe ep̄l̄as ī quibꝫ origeī grās agit Sꝫ ori-genis ad eū littē ſūt. ⁊ extat dialog⁹ origeīs ⁊ berilli. in q̄ hēſeos coarguit Claruit āt ſub alexandro mām̄ee filio ⁊ maximīo ⁊ gordia-no. q̄ ei īpiū ſucceſſerūt.

Ca. lix

IPolitus cuiuſdā eccl̄ie ep̄s nomē quidē vrb̄ ſcire nō potui. in racōe paſche ⁊ tē-por canone quē ſcp̄ſit vſꝫ ad p̄mū annū alex-dri īpatoris xvi. ānor ċaulū quē grecie

id ē ſex ⁊ decē ānor vocāt. reppeit ⁊ euſebio q̄ ſup eod̄ paſche canone xviij. an-nor ċaulū ꝯpoſuit. occaſionē dedit Scripſit nōnullos īſcp̄turas ꝯmētaios e q̄bus hec repperi In exāmeron. ⁊ in exodū et in cātica cāticor. et ī geneſim. ⁊ in zachariā de pſalmis. et in yſayā. in danielē. ī apocalip-ſim in ꝓūbia. ī eccl̄iaſtē. de ſaul et phitoniſſa.

de antixpō. de reſurrectiōe cōtra marcionē. de
paſcha aduſū oēs hēſes eppiocomia. i. narra
cōne iau de laude dm̄ ſaluatoīs in q̄ pn̄te ori
gene ſe loq̄ in ecclīa ſignificat In huiꝰ emula
cōnē ābroſius quē de marcioīs hēſi ad verā fi
dē correctū dixim̄ꝰ cohortatꝰ ē origenē in ſcp
turaꝝ ↄmētarios ſcribē p̄bens qꝫ ei ſeptē ⁊ eo
āplius notarios eorūqꝫ expēſas. hijs librari
oꝝ parē numeꝝ ⁊ qđ hijs maiꝰ ē. incredibili
ſtudio cotidie ab eo opus exigēs. Vn̄ ⁊ in q̄
dā epla .i. opis cōpulſorē eū
origenis vocat ❡ Sexageſimū ſcdm.

Alexander eps̄ cappadocie cū deſiderio
ſcōꝝ locoꝝ ihēoſolimā pgeret. et nar-
ciſſus eps̄ eiuſdē vrb. iā ſenex regeret eccīaꝫ
narciſſo ⁊ multis clericoꝝ eiꝰ reuelatū ē altera
die mane intrare epm̄ q̄ adiutor ſacdotal ca
thedre eſſe debēt Itaqꝫ re ita ↄpleta vt p̄dcā
fuerat cūctis paleſtine epis ī vnū ↄgregatis
ānuētē q̄ꝫ ipō vel maxie narciſſo ihēoſolimi-
tane eccīe cū eo gubnaculū ſuſcepit Hic in fi
ne cuiuſdē eple quā ſcpſit ad ātinoydas. ita
ſup pace eccīe ait Salutat vos narciſſuꝰ q̄ an̄
me h̄ epiſcopalē locū tenuit. ⁊ nūc mecū eū-
dem oroīb; regit. ānos natꝰ cxi. c xvi. et vos
mecū p̄catꝰ vt idē vnūqꝫ ſapiatis Scpſit ⁊ a-
liā ad ātiocēſes p clemētē p̄ſbiteꝝ alexādrie

de quo ſup̄ diximꝰ nec nō ad origenē ⁊ ꝓ ori-
gene contra demetriū. eo ꝙ iuxta teſtimoniū
demetrij eū pſ̄biteꝝ ꝯſtitueit. Sed ⁊ alie eiꝰ
ad diūſos ferūtur epl̄e. Septima aūt pſecu-
cione ſub decio q̄ tp̄e babilas āntiochie paſſꝰ
eſt. ductꝰ ceſareā ⁊ clauſus ī carcerē ob ꝯfeſ-
ſionē xp̄i mr̄tirio coronat᷑. Ca. lxi.

IUliꝰ affricanꝰ cuiꝰ q̄ꝗꝫ de tp̄ibꝫ extāt
volumīa. ſub īpatorē mr̄co aurelio ātoni
no q̄ macrino ſucceſſeāt legacōeꝫ ꝓ inſtaura-
cōne vrb̄ emmaus ſuſcepit q̄ poſtea nycopol̄
appellata ē. Huiꝰ eſt epl̄a ad origenē ſup q̄ſti
one ſuſanne. eo ꝙ dicat ī hebraico hāc fabulā
non haberi nec ꝯuenire cū hebrayca ~~origene~~
~~con~~ ~~rē~~. ethymologia
id ē origene ſciuoprino paucíais et ſcindaris
Contra quē doctā epl̄aꝫ ſcp̄ſit origeīs Extat
eiꝰ ad ariſtidē altēa epl̄a ī q̄ ſup
id ē diſſonācia q̄ videt᷑ eſſe in genealogia ſal
uatoris apd̄ matheū et lucā pleiſſiē diſputat

GEnu nꝰ āthiochene ecc̄ie pſ̄bit̄ Lxij.
pauca īgenij ſui momimēta ꝯpoſuit flo-
rēs ſb̄ alexādro pn̄cipe et ep̄o ſue vrb̄ zeben
neo ul̄ maxīe eo tp̄e q̄ eraclas alexādrie ecc̄ie
pōtifex ordinatꝰ eſt. Ca. lxiij.

THeodorꝰ qui poſtea gregoriꝰ appellatꝰ
eſt neoceſaree ponti epiſcopꝰ admodū

adoleſcēs ob ſtudia grecaꝝ et latinaꝝ littera
rū de capadocia beritū et īde ceſareā paleſtie
trāſijt iuncto ſibi frē athenodoro · Quoꝝ aū
egregiā īdolē vidiſſꝫ origenes cohortatꝰ ē eos
ad philoſophiā in q̄ paulatī xp̄i fidē ſubītro
ducēs. ſui q̄ꝫ ſectatorēs reddidit · Quīquēnio
itaqꝫ eruditi ab eo remittūtur ad matrē · E q̄bꝰ
theodorꝰ ꝓficiſcēs panegericū · i · grāꝝ ſcꝑſit
origeni · et ꝯuocata grādi frequēcia ip̄o q̄ꝫ ori
gene p̄n̄te recitauit q̄ vſqꝫ hodie extat Scꝑſit
id ē intꝑtacōez in eccl'iaſtē breuē q̄dē
ſꝫ valde vtilē · Et alie huiꝰ vulgo ferūtur ep̄le ⁊
de fide ſꝫ p̄cipue ſig̃ atqꝫ miracula q̄ iā ep̄s cū
multa eccl'iaꝝ gl'a ꝑpetrauit extāt ca. lxvij

Cornelius rōne vrb̄ ep̄s ad quē octo ci
priani extāt ep̄le · ſcꝑſit ad fabiū āthi
ochene eccl'ie ep̄m de ſinodo rōna · ⁊ ytalica · ⁊
affricana · ⁊ aliā de nouaciano ⁊ de hijs q̄ lap
ſi ſūt. tertiā de geſtis ſynodi · q̄rtā ad eūdē fa
biū valde ꝓlixā et nouacione hēſeos cauſas
et anathema cōtinētē · Rexit eccleſiā ſub gal
lo et voluſiano ānis xij · Cui ob xp̄i martiriū
coronato ſucceſſit lucius

lxviij. capi ·

Cyprianus afer primū glorioſe retho-
ricam docuit. exinde ſuadente preſbi-
tero cecilio a quo et cognomētū ſortitus eſt.

xp̄ianꝰ fcūs oēm ſubſtātiā ſuā paupibꝰ ero-
gauit ac poſt nō multū tēpis electus ī pſ̄bi-
terū·etiā ep̄s cartaginēſ ꝯſtitutꝰ eſt·Hꝰ inge
nij ſuperfluū eſt īdicē texere cū ſole clariora ſint
eius opa·Paſſus ē ſub valeriano ⁊ gallieno
pn̄cipibꝰ pſecucōne octaua eo die quo rome
corneliꝰ·ſꝫ nō eodē anno Ca·lxvi·

PONciꝰ diaconꝰ cipriani vſqꝫ ad diē paſ
ſiōis eiꝰ cū ipſo exiliū ſuſtinēs egregiū
volumē vite ⁊ paſſiōis cipriani rliqd lxvij·

Dyoniſiꝰ alexādrine vrb ep̄s ſub eracla
prb̄ro ſcolā id ē doc
trinaꝝ pſ̄biť tenuit·⁊ origeīs īſigniſſimꝰ au
ditor fuit hic ī cipriā ⁊ affricane ſynodi dog
ma ꝯſenciēs ď heticis rbaptiſandis·pl̄imos
ad diuſos ſcripſit epl̄as q̄ vſqꝫ hodie extant
Sed ⁊ ad fabiū ātiochene ecc̄ie ep̄m ſcripſit
de peitēcia ⁊ ad rōnos p ypolitū alterā·⁊ ad
ſixtū qui ſtephano ſucceſſeat duas epl̄as et
ad phylomonē·⁊ ad dyoniſiū romane ecc̄ie
pſ̄biteros duas. ⁊ ad dyoniſiū eūdē poſtea
rome ep̄m vnā·⁊ ad nouacianū vnā cauſan
tem ꝙ iuitus rome ep̄us ordinatus eſt·cuiꝰ
epl̄e hoc exordiū eſt Dyoniſiꝰ nouaciano frī
ſalutē Si īuitꝰ ut dicis ordiatꝰ es·pbabis cū
volēs rceſſeis·Eſt eiꝰ ⁊ ad dyoniſiū ⁊ ad didi
mū altēa epl̄a ·i·ſolēpis ď paſcha·

pluime declamatorio ꝯmone ꝯſcripte. Et ad
alexādrinā ecclīaꝫ de exilio et ad eraclā ī egip
to epm ꝛ alia de mōrlitate ꝛ de ſabbato ꝛ

·i·ꝑparacōe et ad hermamonē·
et alia de pſecucōe decij et duo libri adūſū ne
potē epm q̄ mille ānoꝝū corpale regnū ſuis
ſcptis affirmat ī quibꝰ ꝛ de apocalypſi iohā
nis diligētiſſiē diſputat·et adūſus ſabelliū·ꝛ
ad āmonē beronicis epm.ꝛ ad thelesferō.et
ad eufranonē ꝛ q̄tuor libri ad dyoniſiū rōne
vrb epm.ꝛ ad laodicēſes de peitentia Itē ca
nonē de penitētia.Ad origenē de mārtirio ad
armeīos de penitētia·ꝛ de ordīe delictoꝝ De
natuā ad thimoteū·De tēptacōibꝰ ad eufra
norē Ad baſilidē q̄ꝫ multe epl̄e in quaꝝ vna
aſſeit ſe etiā in ecclīaſtē cepiſſe ſcribē ꝯmētari
os Bꝫ ꝛ adūſus paulū ſamoſatenū añ pau
cos dies q̄ꝫ morēt' īſignis eiꝰ fert' epl̄a Moi
tur āt duodecīo gallieni ꝛ valeiano āno

Nouacinꝰ romane vrbis Ca·lxx·
presbit adūſus corneliū cathedrā ſa-
cerdotalē conatꝰ inuadē nouacianoꝝ

·i·mūdoꝝ dogma ꝯſtituit nolēs apoſta
tas ſuſcipe penitētes·Huiꝰ auctor nouatꝰ ci
priani preſbit fuit·Scripſit autē de paſcha
de ſabbato·de circumciſione·de ſacerdote·de
oracōe·de cibis iudaicis.de inſtātia·de attalo.

multaq3 alia. et de trinitate gn̄de volumē q̄ſi
·i·breuiariū l' meōriā·opis tertulli
ani faciēs·qd̓ p̄limi neſciētes cyp̄ani eſtimāt
Malchion diſ̄tiſſim⁹ ātiochene Clxix.
p̄ſbit ecc̄ie q̄ppe in eadē vrbe rethoricā
florētiſſiē doceāt· adūſus paulū ſamoſate-
nū q̄ ātiochene eccle ep̄s dogma arthemoīs
īſtauārat·excipiētib⁹ nōriis diſputauit q̄ dy
alog⁹ vſq; hodie extat Sz et alia gn̄dis epl'a
ex pſona ſinodi ab eo ſcripta.ad dyoniſiū ꝛ
maximū romane et alexādriē eccle epōs di-
recta Floruit aūt ſub claudio ꝛ aureliano pri
cipibus· Capitulū lxx·
Archelaus ep̄s meſopotamie libꝝ diſpu
tacioīs ſue·quā huit adūſum maicheū
exeūtē de pſide ſiro ſmone cōpoſuit Qui trāſ
ſlat⁹ in grecū habeť a mltis Claruit ſub ipa
toē pbo q̄ aureliano tacito q3 ſucceſſeāt Clxxi·
Anatoli⁹ alexādrin⁹ laodicie ſyrie epūs
ſub pbo ꝛ caro ipatoib⁹ floruit.miē doc
trine vir ī ariſmetrica·geometa·aſtronomia
gmatica·rethoica·dyaletica. C⁹ ingenii mg-
nitudiez d̓ volumie qd̓ ſup paſcha ꝯpoſuit ꝛ d̓
decē libris ariſmetice īſtitucōis itellige poſſu⁹
Victorin⁹ pictauineſ ep̄s nō eq̄ Clxxii·
latine vt grece nouerat·Vnde opa eius
gn̄dia ſenſib⁹ viliora videtur ꝯpoſicōne vboꝝ

Sūt āt ⁊ ꝯmētarij ei⁹ in geneſim. ī exodū· in leuiticū· in yſaiā· ī ezechielē· in abbacuc· ī eccī aſtē· in cāticū cāticoꝝ· ī apokaliſin iohānis et aduſū ōnes hēſes ⁊ multa alia Ad extremū martirio coronat⁹ ē Capitulū lxxiij

PAmphil⁹ p̄ſbit euſebij ceſarieñs epi necāri⁹· tāto bibliothece dĩne amore flagūit vt maximā ptē origeīs voluīnū ſua manu deſcpſeit q̄ vſ hodie ī ceſarieñ biblioteca hētur Sz ⁊ ī duodecī pphas xxv· i. q̄ſtionū origenis voluīna maū ei⁹ exarata reppei. q̄ tāto āplector ⁊ ſuo gaudio vt creſi opes hēre me credā Si em̄ leticie ē vnā epl'az hrē martiris· q̄to magis tot millia v̄ſuū q̄ iñ videtur ſui ſanḡnis ſigſſe veſtigia Scpſit añquā euſebi⁹ ceſarieñ apologeticū excuſabilē p origene et paſſus ē ceſaree paleſtine ſub pſecucōe maximiani Capitulū lxxiiij

PJeius alexādrie eccīe p̄ſbit. ſub caro et dyocleſiano pncipibꝰ eo tpe q̄ eādē eccīaz theonas eps rgebat florētiſſiē pplos docuit ⁊ ī tātā ſmoīs diuſorūqz tctatuū q̄ vſ hodie extāt veīt elegātiā. vt origeīs iunior vocaēt. Cōſtāt hūc miē. i. ī opie· ⁊ appetitorē volūtaie pauptatis· ſcietiſſimūqz dialetice ⁊ rethorice artis p⁹ pſecucōez oē tps vite ſue rome fuiſſe v̄ſatū Hui⁹ ē lōgiſſi⁹ tractatus in pp'ha oſee

quem in ꝑuilegio paſche habitū ipſe ſermo
demōſtrat lxxv·

Lucian⁹ vir diſ̄tiſſim⁹ antiochene ecc̄ie
p̄ſbit̄ poſtmodū nicomedie ep̄s·tm̄ in-
ſcp̄turaꝝ ſtudio laborauit ut vſ hodie quedā
exēplaia ſcp̄turaꝝ luciani nūcupētur Ferunt
ei⁹ de fide libelli ⁊ breues ad nōnullos ep̄le·
paſſus nicomedie ob ꝯfeſſionē xp̄i·ſub pſe-
cucōe maxiami. ſepult⁹ ē helinapoli bithinie

Phyleas de vrbe egipti que lxxvi·
vocat̄ thebais nobil̄ gen̄·⁊ non puis
opibꝫ ſuſcepto ep̄atu elegātiſſi^m lib꜡ de mr̄-
tirū laude ꝯpoſuit. ⁊ diſputacōe actoꝝ habita
adūſū iudicē q̄ eū ſacrificaē cogebat. ꝓ xp̄o
capite trūcat̄·eodē i egipto pſecucōis auctoē
quo lucian⁹ nicomedie lxxvij·

Arnobi⁹ ſub diocleciano p̄ncipe· apud
affricā florētiſſiē rthoricā docuit Scp̄ſit
qꝫ adūſū gētes duo volumia q̄ vulgo extāt·

Firman⁹ q̄ ⁊ lactāci⁹ arnobij lxxviij·
diſcipul⁹ ſub dioclecia° p̄ncipe acit⁹ cū
flauio ḡmatico c⁹ de medicīa libri v̄ſu ꝯpoſiti
extāt Nicomedie rthoricā docuit ac penuria
diſcipꝉoꝝ ob grecā viꝫ ciuitatē ad ſcribēdū ſe
cōtulit Habem⁹ ei⁹ ſimpoſiū .i·ſilitudīeꝫ quē
adoleſcētul⁹ i ſcol̄ ſcp̄ſit affrice ⁊ o.⁊c̄
·i·viaticū ul̄ itineāriū de affrica vſ nicomediā

exametriꝰ deſcꝑtū v̄ſibꝫ.ꝛ aliū libꝝ q̄ īſcribit᷑
g̃maticꝰ ꝛ aliū pulg̃imū de ira d̄i ꝛ īſtitucōnū
diuinaꝝ Ad uſū gētes libros·vij·ꝛ
·i·breuiariū eiuſdē opis ī liº vno
id ē viſioīs·ꝛ ad aſclepiadē libros·ij·de pſe-
cucōne libꝝ vnū. Ad ꝓbū epłaꝝ libros·iiij·
Ad ſeueꝝ epłaꝝ libros·ij. Ad d̄metriū au-
ditorē ſuū epłaꝝ libros·iij·ꝛ ad eūdē de opi
ficio dei ł fōrcione hoīs li·vnū Hic extrema
ſenectute mgr̄ ceſaris criſpi filij ꝯſtātini ī gal-
lia fuit q̄ poſtea a prē interfectꝰ eſt C lxxix.

EUſebiꝰ ceſaree paleſtīe epīs ī ſcꝑturis diui
nis ſtudioſiſſimꝰ et bibliothece diuīe cū
pāphilo mr̄tiē diligētiſſimꝰ pueſtigator edi
dit īfinita volumīa. de q̄bꝫ hꝭ ſūt e y·i·euāgeli
ce expoſicōis libri.xx. ·i·euāgelicoꝝ q̄ſtioͫ
libri.xv·theophaīas id ē apparicioīs libri·v·
Eccīaſtice hiſtoie lib·x· In chꝛoīcoꝝ canonū
ōimodā hiſtoriā et eoꝝ id ē breuiariū. Et de
euāgelioꝝ id ē diſſonācia· Et ī yſaiā libri·x.
Et ꝯ̄ phoꝛphiriū q̄ eodē tpe ſcribebat ī ſicilia
vt q̄dā putāt libri.xxx.de q̄bꝫ ad me·xx. tm̄
ꝑuenerūt·i·mōdeliū li·vnū ꝓ origene libros vi.
De vita pāphili libri.iij De mr̄tiribꝫ alia o-
puſcła Et ī·c·l·pſalmos eruditiſſimos ꝯmē-
tarios.ꝛ alia multa Floꝛuit maxīe ſb ꝯſtātio
impatoē.ꝛ ꝯſtācio et ob amiciciā pamphili

mātiris cognomētū ab eo ſortit⁹ ē· ca lxxx
RÉticius heduoꝝ.ꝑmus auguſtudunē
ſis ep̄s ſub ꝯſtātio celeberrime fame hi
tus ē in gallia· Legūt̄ ei⁹ ꝯmētarij ī cāticū cā
ticoꝝ.⁊ alid̓ grāde volumē adu̇ſ⁹ nouacianū·
nec pret̄ h̄ q̄dq̄ opeꝝ ei⁹ reppei ca·lxxxi
MEthodi⁹ oli pilicie ⁊ poſtea tyri ep̄s·
nitidi ꝯpoſitiq3 ſmonis adu̇ſus por
phiriū ꝯfecit libros ⁊ ſimphoſim·i·ſilitudīez
decē v̓ginū.⁊ de r̓ſurrexiōe op⁹ egregiū ꝯ ori
genē.⁊ adu̇ſus eūdē de phitoniſſa ⁊ de.i.aīe
exitu In geneſim q̄3 ⁊ ī cāticū cāticoꝝ ꝯmētai
os ⁊ mlta alia q̄ vulgo lectitāt̄. Ad extremū
nouiſſiē pſecucōis·ſiue vt alij affirmāt ſb de
cio ⁊ valeriano ī calcide grecie martirio coro
natus eſt capitulū lxxxii
IVuēcus nobiliſſimi geneis hiſpan⁹ pſ
bit̄·q̄tuor euāgelia exametris v̓ſibꝰ pene ad
verbū trāſferēs iiij·libros ꝯpoſuit.⁊ nōnulla
eodē metro ad ſacrāmentoꝝ ordinē ptinentia·
Floruit ſub ꝯſtātino pn̄cipe ca·lxxxv·
EVſtaſius genē pāphil⁹ ꝑmū berie ſy
rie epūs.deīde antiochie rexit eccleſiā
Adu̇ſū arrianū dogma multa cōponēs ſub
ꝯſtātino pn̄cipe pulſus eſt in exiliū traiano
polim traciarū·vbi et vſq3 hodie ꝯditus eſt
Extāt ei⁹ volumina de aīma ·i·aduerſū

origenē ⁊ īfinite epłe quas enūare longū eſt
Marcellꝰ ācīranꝰ epꝯ ſub .lxxxiiij.
Conſtātino ⁊ ꝯſtācio pncipibꝯ floruit· mł
taqꝫ diūſaꝝ ·i· expoſicōnū ſcpſit
volumīa ⁊ maxīe adūſū arrianoꝝ. Ferūt ꝯtra
hūc aſterij ⁊ appollīaris libri ſabelliane eum
hēſeos arguētes. Sꝫ ⁊ hilariꝰ ī ſeptīo adūſus
ārianos liº noīs eius q̄ſi hētici memīt. Porro
ille defēdit ſe nō eē dogmatis cꝰ cauſatꝰ ꝫ coīo
nis iulij ⁊ athanaſij romane ⁊ alexādrie vr-
bis pontificū. .lxxxv.

Athanaſiꝰ alexādrine vrb epꝯ· multa ar
rianoꝝ pperſſuꝰ īſidijs. ad ꝯſtātē gallia
aꝝ pncipē fugit· Vn̄ reūſus cū litteris ⁊ rurſū
pꝰ mortē illiꝰ fugatꝰ ē· ⁊ vſ ad iouīiani ipiū
latuit. A q recepta eccīa ſb valēte moritꝰ Fe-
rūtꝰ eiꝰ adūſū gētes duo libri· et ꝫ valēte ⁊ vr
ſaciū lib vnꝰ· ⁊ de v̄gitate lib vnꝰ· ⁊ d̄ pſecuci
one arrianoꝝ plurimi. ⁊ d̄ p̄mo ꝝ titulꝰ ⁊ hiſto
ria āthonij mōchi vitā ꝯtinēs ⁊ e o ⁊c̄
·i· caſtigacōis epłe. ⁊ mlta alia q̄ enūare lon-
Anthoniꝰ mōchꝰ cꝰ .lxxxvi. § gū eſt
vitā athanaſiꝰ alexādrinꝰ epꝯ īſigni vo-
lumīe pſecutꝰ ē· miſit egipciace ad diūſa mōſ
teria apłici ſenſꝰ ꝫmoīſqꝫ epłas ſeptē· q̄ ī gre
cā liguā trāſlate ſūt· q̄ꝝ p̄cipua ē ad arſenoi-
tas· Floruit ꝯſtātino et filijs eius regnātibꝯ.

BAſilius antiran⁊ epūs ¶ ca lxxxix·
medicine artis·ſcṗſit ꝯtra marcellū·⁊
de virgītate librū ⁊ nō nulla alia·⁊ ſub rege
cōſtātio macedoiane ptis ſub euſtaſio ſebaſ-
teno principe fuit. ¶ capitulū xc·
Theodor⁊ eraclee traciaꝝ epūs elegātis
aptiqꝫ ſmoīs ⁊ mag⁹ hiſtoriœ ītelligē
tie edidit ſub ꝯſtātio pn̄cipe ꝯmētarios ī ma-
theū ⁊ iohez ⁊ ī apłm ⁊ ī pſalteriū ¶ ca xci·
EVſebi⁊ emiſen⁊ epūs elegātis ⁊ retho
rici īgenij innuērabiles ⁊ q̄ ad plauſū·
ꝓſi ptineāt ꝯfecit libros. magiſ hiſtoriā ſecu
t⁊ ab hijs q̄ declamaē volūt ſtudioſiſſiē legūt
E qbꝫ ł precipui ſūt adūſus iudeos ⁊ gētes
⁊ ad nouacianos· ⁊ ī epłam ad galatas·i·ex
poſicōnū libri decē ⁊ euāgelia omelie breues
et pluime Floruit ꝯſtācij īpatoris tpibꝫ ſub
q̄ ⁊ mortu⁊ āthiochie ſepult⁊ ē· ¶ ca·xcij·
TRiphili⁊ ciprilitē ſū leucōtheō epūs
eloq̄ntiſſim⁊ ſue etatis ⁊ ſub rege ꝯſtā
tio celebrim⁊ fuit· Legi ei⁊ ī cātica cāticoꝝ cō-
mētarios. ⁊ młta alia ꝯpoſuiſſe fert̄ q̄ in nr̄as
manus mīme puenerīt ¶ ca.xciij·
Donat⁊ a q̄ donaciaī p affricā ſub ꝯſtāti
no ꝯſtātioqꝫ pn̄cipibꝫ pullulauerīt·aſ-
ſerēs a nr̄is ſcṗturas ethnicis ī pſecucōe trdi
tas. totā pene affricā ⁊ maxime numidiā ſua

pſuaſione decepit· Extant eius multa ad ſuã
hẽſim pertinẽcia opuſcła ⁊ de ſpũ ſcõ liber ar
riano dogmati cõgruẽs ¶ xcij.

Aſteriꝰ arriane pꝰs factiõis ſcṕſit ĩgnãte
ꝯſtãcio ĩ epłaz ad rõnos· et ĩ euãgelia ⁊ in
p̃os ꝯmẽtaios. ⁊ mlta alia q̃ a ſue ptis hoib⁹
ſtudioſe legũtur ¶ ca· xciij·

Lucifer cálitanꝰ eṕs cũ pãcracio et hilario
rõne ecc̃le clericis ad ꝯſtãciũ ĩpatorẽ a libe
rio eṕo ꝓ fide legatꝰ miſſꝰ· cũ nollet ſub noĩe
athanaſij michenã dãpnaẽ fidẽ ĩ paleſtinã re
legatꝰ· Mire ꝯſtãcie ⁊ ꝓparati aĩ ad mr̃tiriũ. ꝯ
ꝯſtãciũ ĩpatorẽ ſcṕſit libros· eiqȝ legẽdos mi
ſit Ac nõ mlto pꝰ ſub iuliano pńcipe reuſꝰ
caralis valẽtiano ĩgnãte obijt ¶ xciiij.

Euſebiꝰ nacõne ſardꝰ ex lectoẽ vrb rome v=
celleñ eṕs ob ꝯfeſſioẽz fidei a ꝯſtãcio pńci=
pe ſcitopoli ⁊ ĩde capadociã ĩligatꝰ ſb iuliaº
ĩpatoẽ ad ecc̃az reuſꝰ edidit ĩ p̃os ꝯmtaios
euſebij ceſarieñ q̊s d̓ grco ĩ latim̄ v̓teát· ⁊ mor=
tuꝰ ẽ valẽtiaº ⁊ valẽte ĩgnãtib⁹ ¶ xcv.

Fortũatianꝰ nacõe afer aq̃leieñ eṕs ĩpãte
ꝯſtãcio ĩ euãgeª tituł ordĩatiſ. breui ſmoẽ
ruſticoqȝ ꝯſcṕſit cõmtaios· Et ĩ h̄ hẽt d̓teſta=
bilꝫ q liberiũ rõne vrb epũ ꝓ fide ad exiliũ pgẽ
tẽ p̄mꝰ ſollicitauit ⁊ fregit· ⁊ ad ſb ſcṕcõez hẽ

Acaciꝰ quẽ qꝛ luſcꝰ eát ¶ xcvi. ſeoꝛ ꝯpulit

id ē vnioculū nuncupabāt ceſarieſis eccl'ie in
paleſtina ep̄s elaborauit ī eccliaſtē xviij·vo-
luīna et       id ē dogma ꝑpłoꝝ·ſex ⁊ multos
p̄tea diu̾ſoſqꝫ tractatꝰ ꝯpoſuit Jntantū em̄
ſb ꝯſtātio īpatoꝛe claruit vt ī locū liberij ep̄i
rome felicē arrianū ep̄m ꝯſtitueret. ¶ ca·xcix· vij
SErapiō thymeꝰ epūs q̄ ob elegētiā in
genij ꝯgnomētū ſcolaſtici meruit·carꝰ
āthonij mōchi· edidit adu̾ſꝰ maicheū egre
giū libꝝ·⁊ de pſalmoꝝ titul' aliū.⁊ ad diu̾ſos
vtiles epłas.⁊ ſub ꝯſtātio pn̄cipe etiā inclitꝰ
fuit in cōfeſſione       ¶ ~~Cēteſimū~~·capi. xcviij
HJlarius pictauioꝝ aq̄tanice epūs fac
tione ſaturnini arelatēſis ep̄i de ſyno
do byterenſ phrigiā relegatꝰ xij·adu̾ſus arri
anos ꝯfecit libros ⁊ aliū libꝝ de ſinodiꝰ quē
ad galliaꝝ epōs ſcр̄ſit· Et ī pſalmos ꝯmēta
rios·in primū viꝫ ⁊ ſcdm.⁊ a qn̄quageſimo p̄
mo vſq ad ſexageſimū ſcdm·⁊ a cēteſimo octa-
uodecīo vſq ad extremū· Jn q̊ ope imitatꝰ ori
genē.nōnulla etiā de ſuo addidit · Eſt eiꝰ ad
ꝯſtātiū libellꝰ quē inuēti ꝯſtātinopoli porrex
erāt·⁊ aliꝰ ī ꝯſtāciū quē pꝰ mortē eiꝰ ſcrip̄ſit·⁊ a
liꝰ lib adu̾ſꝰ valētē ⁊ vrſaciū hiſtoriā arimi-
nēſ ⁊ ſeleuciēſ ſynodi ꝯtinēs·⁊ ad p̄fectū ſa
luſtiū·ſiū ꝯ dyoſcoꝝ et lib ẏnoꝝ et miſterioꝝ
aliꝰ.et ꝯmētarij ī matheū et tractatꝰ ī iob.q̊s

de greco origeis ad ſenſū trāſtulit. et alius eli-
gās libell⁹ ꝯtᵃ auxēciū. et nōnulle ad diūſos e-
pl'e. Aiūt q̄dā ſcp̄ſiſſe eū i cātica cāticoꝝ ꝫ a
nob ħ op⁹ ignorat' Mortu⁹ qꝫ ē pictauiſ va
lētiniano et valēte ɔ̄gnātib⁹ Cxcix.

Victori⁹ nacōne afer rome ſub ɔſtācio pn̄
cipe rethoricā docuit. et i extrēma ſenectute
xp̄i ſe tradēs fidei ſcripſit adūſū arriū libros
moē dyaletico valde obſcuros qui niſi ab eru
ditis nō itelligūt' et ɔmētarios i apl'm C.

Tit⁹ boſtren⁹ ep̄s ſub iuliano et iouinia
no pn̄cipib⁹ fortes adūſus maīcheos
ſcp̄ſit libros et nōnulla alia volumina Mori
tur ſub valēte pn̄cipe. Ci.

Damaſ⁹ rōne vrb ep̄s elegās i vſib⁹ ɔpo
nēdis igeniū huīt. multaqꝫ et brevia opuſ
cula hēoyco metro edidit. et ꝓpe octogenari⁹
ſub theodoſio pn̄cipe morit'. Cij.

Apollinaris laodicen⁹ ſirie ep̄s prē p̄ſbro
et magiſ ḡmatic⁹ i adoleſcētia opā dedit et
p⁹ ea i ſcās ſcp̄turas īnūabilia ſcribēs ſb theo
doſio īpatoē obijt. Extāt ei⁹ adūſ⁹ porphiri
ū. xxx. lib q̄ iter cet' opa ei⁹ l'maxie ꝓbāt'. ciij.

Gregori⁹ boetic⁹ hylibri ep̄s vſ ad extre
mā ſenectutē diūſos mediocri ſmone tc-
tat⁹ ɔpoſuit et d' fide elegātē libꝝ. hodieqꝫ ſu
p eē d'r. Ciiij. § tigate eloq̄ntie

Pacia⁹ ipieneis iug⁹ barcīone ep̄s caſ-

⁊ tā vita q̄ꝫ ſmone clarus·ſcripſit varia opuſcula de q̄bus eſt ↄtra nouacianos liber ⁊ ſub theodoſio pn̄cipe ad vltimā ſenectutē mortuus eſt. Centeſimū ~~ſeptimū~~ quītū

Fotinus de gallo grecia·marcelli diſcipul⁹ ⁊ firmiꝫ eps̄ ordinat⁹ hebioīs hēſim īſtaurarē conat⁹ ē et poſtea a valētiniano pulſ⁹ ē eccīa plura ſcpſit voluīna ī q̄bꝫ ꝉ pcipui ſt ↄ gētes ⁊ ad valētinianū libri. C.vi

Febaiu⁹ agēni galliaꝝ eps̄ edidit ↄtra arrianos librū dicit̄ ei⁹ ⁊ alia eē epuſcula q̄ necdū legi Nūc vſqꝫ hodie decrepita ſenectute viuit. Cētēſimū ~~nonū~~ vij

Didim⁹ alexādrin⁹ captus a pua etate ocul. et ob hoc elemētoꝝ quoqꝫ ignarus tantū miraculū ſui oībꝫ pbuit vt dyaleticā q̄ꝫ ⁊ geometriā q̄ ꝉ maxie vſu indigēt vſ ad pfectū didicerit hic pluima nobilia qꝫ cō ſcripſit ↄmētaios in pſalmos oēs ↄmētaios in euāgelia mathei ⁊ iohānis ⁊ de dogmatibus ⁊ ↄtra arianos libros duos ⁊ de ſpū ſcō librū vnū quē ego in latinū verti et in yſayā thomas xviij· In oſee ad me ſcribēs ↄmētarioꝝ libros tres Et in zachariā meo rogatu libros qnqꝫ ⁊ ↄmētarios in iob.⁊ multa alia q̄ digerē ꝓpriꝫ igeniꝫ ſūt Nūc vſqꝫ hodie ⁊ lxxx^m terciū etatis ſue iam annū exceſſit·

Optatus afer eps meluita= ca. C.x. viij
nus ex pte catholica ſcripſit ſub valē
timiano ꝛ valente pncipibꝫ adūſū donacioē
ptis calūpniā libros ſex in qbꝫ aſſerit crimē
donacianoꝝ in nos falſo retorqri ca. C.x. ix
Achilius ſeuer9 hiſpan9 de genē illi9 ſe=
ueri ad quē lactancij duo libri epſtarū
ſcripti ſūt. ꝯpoſuit volumē qſi odypori cū. i.
itinerariū totius vite ſue ſtatū cōtinēs tā pſa
q̄ vſibus qd vocauit ꝯuerſacionē ſiue
id ē pera et ſub valētiniano pncipe obijt.
Cyrillus iheroſolime ca. C x.
eps ſepe pulſus ab ecclia ꝛ recept9 ad
extrēmū ſub theodoſio pncipe viij. ānis icōcuſ
ſū epiſcopatū tenuit Extāt ei9 .i. doctrīe
opuſcula q̄ iadoleſcētia ſua ꝯpoſuit C.xi.
Euſomius apd teſpeſiū rethorē cū gre=
gorio nazāſeno epō adoleſcēs ceſaree
eruditus ē ꝛ eiuſdē poſtea eps pluimo labo
re corruptā iā biblioteca origenis ꝛ pāphili
in mēbranis īſtaurarē conat9 ē et ad extremū
ſub theodoſio pncipe ecclia pulſus ē. Ferunt
ei9 varij mltiplices qꝫ tractat9 quos noſſe p=
facile eſt capitulū C xij.
Epiphani9 cypri ſalamie eps ſcpſit ad
uerſū oēs hēſes libros ꝛ multa alia q̄ ab eru
ditis ppt ſenſū a et a ſimplicioribꝫ ppt vba

e i

quoq₃ lectitãt⁹. Sup ē vſ₃ hodie et ĩ extrema iã ſenectute varia cudit opuſcla ¶Cxiij.

Ephrem ediſſene ecc̃ie diacon⁹ mlta ſyro ſmone ɔpoſuit opuſcula·ꝛ ad tantam veĩt claitatē·ut poſt lectionē ſcp̃tuaꝝ publice ĩ q̃buſdã eccleſijs ei⁹ ſcripta rẽitētur. Legi de ſpũ ſcõ ei⁹ volumē. qd̕ quidã de ſyriaca lingua v̕terat et acumē ſublimis ingenij etiã in tñſlacõe cognoui Deceſſit ſub valēte pñcipe

Baſili⁹ ceſaree cappadocie q̃ ¶Cxiiij. prius maſaca vocabat̕ epus· egregios ɔtra eunomios elaboãuit libros·ꝛ de ſpũ ſcõ volumē ꝛ in examer on omelias. id eſt ĩtellectuũ et breues variosq₃ tractat⁹ Morit̕ regnãte g̃ciano ¶Cxv.

Gregorius nazãzen⁹ eps vir eloquētiſſim⁹ preceptoꝛ meus ex quo ſcripturas illo explanante didici ad·xxx· milia verſũ omnia opera ſua cõpoſuit Et quibus illa ſunt· de morte fratris ceſarij· id eſt de morte inopie.laudes machabeoꝝ· laudes cypriani· laudes athanaſij·laudes maximi phyloſophi poſt exiliũ reuerſi·quē falſo noĩe quidã berona ſupſcpſerũt q₃ eſt et ali⁹ lib vitupacõe eiuſdē maxi ɔtinēs quaſi nõ liceret eũdem ꝛ laudaꝛ ꝛ vitupare p tpe. Et liber exametro v̕ſu v̕gĩtatis

et nupciaꝝ ↄtra ſe differenciū Aduſus euno
miū libri duo· De ſpū ſcō liber vnꝰ· Cōtra iu
lianū īpatorē liber vnꝰ Secutꝰ ē aūt polemo
neon dicēdo. Viuoqꝫ ſe epm in loco ſuo ordi
nās ruri vitā mōchi exauit deceſſitqꝫ an̄ hoc
ferme trienniū ſub theodoſio pncipe· C xvi

Lucius poſt athanaſiū arrianē ptis eps
vſꝫ ad theodoſiū pncipē a q̄ expulſus
eſt alexādrinā ecclām tenuit Extāt eiꝰ ſolēp
nes de paſcha epſe ꝛ pauci variaꝝ
·i· expoſicionū libelli Capi. C xvii 17

Dyodorus tharſenꝭ eps dū antiochie
eſſꝫ pſbitē magis claruit Extant eiꝰ in
apſīn cometarij ꝛ mlta alia euſebij magꝰ emi
ſeni caracterē ptinētia· cuiꝰ cū ſenſū ſecutꝰ ſit.
eloquēciā imitari nō potuit ppē ignorantiā
ſecularium litteraꝝ Capitu· C xviii 18

Eunomius arriane ptis euzizenꝰ epus
in aptā hēſeos ſue prūpēs blaſpemiā
vt qd illi tegūt· iſte publice fateatur· vſqꝫ ho
die viuē dicit in cappadocia· ꝛ multa ſcribē cō
tra eccleſiā auſus eſt· Reſpōderūt ei appolli
naris· didimꝰ· baſilius ceſarienſis· gregorius
nazāzenꝰ et nyſenꝰ Ca C xix 19

Priſſilianꝰ abile eps· q̄ factōe hydacij ꝛ
ythacij treueris a maxio tyrāno ceſus ē· edi
dit mlta opuſcula de q̄bꝫ ad nos aliq̄ puenerūt

hic vꝫ hodie a nõnullis gnoſcitur id ē baſili
dis uł mrcioīs de quibꝫ hyrene⁹ ſcṗſit hēſes
hēſeos accuſat᷑. defendētibꝫ alijs nō ita eum
ſenſiſſe ut arguitur. Cxx.

LAtroian⁹ ꝓuīcie hyſpanie vir valde
erudit⁹ et ī metrico ope veteibꝫ ꝯparā-
dus. ceſus ē ꝗ ipē treueis cū pſcilliano feliciſ-
ſimo. iuliano ꝗ eutropio eiuſdē factioīs auc
toibꝫ Extāt ei⁹ īgenij opa diuꝰ metris edita

TIberian⁹ boetic⁹ ſcṗſit ꝓ Cxxi.
ſuſpicōe qua cū priſcilliano accuſabat᷑
hēſeos apollogeticū tumēti ꝯpoſitoqꝫ ſmo-
ne Sed poſt ſuoꝝ cedē tedio vict⁹ exilij muta
uit ꝓpoſitū. ꝗ iuxta ſcām ſcripturā canis ruer
ſus ad vomitū ſuū. filiā deuotā xp̄o ṽginem
mrīmoīo ſibi copulauit Cxxij.

AMbroſi⁹ mediolanēſ eps̄ vꝫ ī pñtem
diē ſcribit De quo qꝛ ſup eſt. meū iudi
ciū ſubtrahā. ne ī alterutrā ptem aut adula
cio in me repħēdat᷑ aut veritas. Cxxiij.

EVagrius ātiochie eps̄ acris et feruētis
ingenij cū ad huc eſſet pſbiter diuſarū
id ē expoſicōnū tractat⁹ mihi
legit quos necdū edidit. vitam quoqꝫ beati
anthonij de greco athanaſij ī ſmonē noſtrū
trāſtulit capitulū cxxiiij.

AMbroſi⁹ alexādrin⁹ auditoꝛ dydimi

ſcripſit aduerſu̅ appollinare̅ volume̅ multoꝝ
vſuu̅ de dogmatibꝰ et vt ad me nuꝑ quoda̅
narrante platu̅ eſt ↄme̅taios in iob qui vſqꝫ
hodie ſuꝑ eſt Capitulum C xxv.

m Maximus phyloſophꝰ natus alexa̅drie
ꝯſta̅tinopoli ep̅s ordinatꝰ et pulſus
inſignu̅ de fide adu̇ſus arrianos ſcripſit libꝝ
que̅ mediolani gra̅no pn̅cipi dedit C xxvi

g Gregorius miſenus ep̅s frat̅ baſilij ce-
ſarie̅ſis a̅te paucos a̅nos mihi ꝛ gre-
gorio naſanceno co̅tra eunomiu̅ legit libros
Qui ꝛ alia multa ſcp̅ſiſſe ꝛ ſcribe̅ dicitur.

i Iohanes a̅thiochene Ca. c xxvii 27
eccl̅e preſbit. euſebij emiſeni theodori
qꝫ ſectator multa ↄpone̅ dicit̾ opuſcula de q̅
bus vnu̅ libru̅ tantu̅ legi Ca c xxviii 28

g Gelaſius ceſaree paleſtine ep̅s poſt eu
nomiu̅ ep̅m accurati limatiqꝫ ſermoi̅s
fertur queda̅ ſcribere capitula ſed celare

Capitulum c xxix 29

t Theotimꝰ ſcithie thomoꝝ ep̅s in more̅
dyalogoꝝ ꝛ veteris eloque̅cie breues
co̅maticosqꝫ tractatus edidit Audio eum ꝛ
alia ſcribere Capitulum c.xxx. 30

d Dexter paciani de q̅ ſupra diximꝰ filius
clarꝰ ad ſclm ꝛ xp̅i fidei dedit. fert̾ ad
me oi̅moda̅ hiſtoria̅ texuiſſe qua̅ no̅du̅ legi.

AMphylochi⁹ yconij ¶ Cxxxi·
ep̄s nuꝑ michi librū legit de ſpū ſcō
ꝙ de⁹ ⁊ qđ adorādus ꝙ qȝ oīpotēs ſit
SOfroni⁹ vir apprime ¶ Cxxxij·
erudit⁹ laudes bethlehē aduc puer
et nuꝑ de ſubūſione ſarapis inſignē
librū cōpoſuit· De virginitate quoqȝ ad eu
ſtochiū ⁊ vitā hilarionis monachi Opuſcu
la mea in grecū ſermonem elegātiſſime tran
ſtulit· pſalteriū quoqȝ et prophetas q̊s nos
de hebreo ſermone in latinū vertimus

IHeronim⁹ natus prē eu ¶ Cxxxiij
ſebio oppido ſtridonis. qđ a gothis
euerſū dalmacie quōdā pānoieqȝ cō
finiū fuit· vſȝ in pn̄tē annū id ē theodoſij pn
cipis q̄rtūdecimū hec ſcpſi Vitā pauli mona
chi Epiſtolarū ad diuerſos librū vnū. Ad
helyodorꝝ exhortatoriā Altricacōez luciferi
ani ⁊ ortodoxi oīmode hiſtorie In ihēmiā et
ezechiel omelias origenis·xx· ⁊ vi·q̄s de gre
co in latinū v̓ti De ſeraphin· De oſanna De
frugi ⁊ luxurioſo filijs De trib⁹ q̄ſtioīb⁹ legiſ
veteris omelias·iij· In cāticū cāticoꝝ·ij Aduſ
ſus eluiodiū vnā epłaȝ de maīe v̓ginitate p-
petua Ad euſtochiū de v̓ginitate ſuāda vnā
Ad marcellā epłaꝝ libꝝ vnū Cōſolatoriā de
morte filie ſue ad paulam vnā· In epiſtolaȝ,

pauli ad galathas ꝯmentarioꝝ libros tres
Itē in epſam ad epheſios In epſam ad titū
eiuſdē librū vnū In epſam ad phylemonē
librū i In eccleſiaſtē ꝯmētarios· Queſtionū
hebraycaꝝ in geneſim librum vnū· De locis
librum vnū. Hebraycoꝝ nominū librū vnū
De ſpū ſancto didimi quē ego in latinū trāſ-
tuli librum i In luca omelias xxxix· In pſal-
mos a decimo vſqꝫ ad ſextūdecimū tractatus
vij· De captiuo monacho. Vitā beati hylari
onis· Nouū teſtamentū grece fidei reddidi.
vetus iuxta hebraycā trāſtuli Epſarum aūt
ad paulā ⁊ euſtochiū quia cotidie ſcribūtur
in certus eſt numerus Preterea in mycheā
explanacionū libros duos In naum librū
vnum. In abacuc libros duos In ſophoniā
librum vnum In aggeū librū vnum Mul-
taqꝫ alia de ope ꝓphetali que nūc habeo in
manibꝰ et necdum expleta ſunt·

Explicit liber btī iheronimi de illuſtribꝰ vis



36

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipiũt capitula libri gēnadij p̄ſbiteri maſſilienſ de ſcriptoribꝰ eccāſticis

| | |
|---|---|
| Iacobus epūs | ·i· |
| Iulius epiſcopus | ij |
| Paulonas preſbiter | iij |
| Vitellus preſbiter | iiij· |
| Macrobius preſbiter· | v· |
| Helyodorꝰ preſbiter. | vi· |
| Pachomius monachꝰ | vij |
| Theodorꝰ preſbiter | viij· |
| Oreſteſis monachus | ix· |
| Macharius monachꝰ · | x· |
| Euagrius monachus | xi. |
| Theodorus alius p̄ſbiter | xij |
| Prudetius | xiij· |
| Audencius epiſcoſius | xiiij |
| Cōmodianus | xv |
| Fauſtinus preſbiter | xvi. |
| Rufinus preſbiter | xvij |
| Tychonius afer | xviij |
| Seuerus preſbiter | xix· |
| Anthyogus epiſcopꝰ | xx· |
| Seuerianus epiſcopus | xxi. |
| Niceas epiſcopus | xxij· |
| Olimpius epiſcopus | xxiij· |
| Bigarius | xxiiij· |
| Sabbacius epiſcopus | xxv |

| | |
|---|---|
| Yſaac | xxvi. |
| Vrſinus mõchus | xxvij. |
| Macharius alius mõchus | xxviij. |
| Helyodorꝰ alius p̄ſbiter | xxix. |
| Johãnes epũs | xxx. |
| Paulus epũs | xxxi. |
| Heluidius hẽticus | xxxij. |
| Theophilus epũs | xxxiij. |
| Euſebius | xxxiiij. |
| Vigilãcius preſbiť | xxxv. |
| Simplicianus ep̄s | xxxvi. |
| Vigilius epiſcopus | xxxvij. |
| Auguſtinꝰ epũs | xxxviij. |
| Oroſius preſbiter | xxxix. |
| Maximus epũs | xl. |
| Petronius epũs | xli. |
| Pelagius hẽſiarches | xlij. |
| Innocẽtius epũs | xliij. |
| Celeſtius | xliiij. |
| Julianus epũs | xlv. |
| Lucianus preſbiter | xlvi. |
| Auitus preſbiter | xlvij. |
| Paulinus epũs | xlviij. |
| Eutropius preſbiť | xlix. |
| Euagrius alter | l. |
| Vigilius dyaconus | li. |
| Atticus epũs | lij. |


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

| | |
|---|---|
| Neſtor hēſiarches. | liij. |
| Celeſtinꝰ epiſcopus | liiij. |
| Theodorꝰ ep̄us | lv. |
| Faſtidius epiſcopꝰ. | lvi. |
| Cirillus epiſcopus. | lvij. |
| Thimotheus ep̄us | lviij |
| Leporius preſbiter. | lix |
| Victorius rethor | lx |
| Caſſianus preſbr̄ | lxi. |
| Philippus preſbiter | lxij |
| Eucherius ep̄us | lxiij |
| Vincentius preſbiter | liiij |
| Siagrius | lxv. |
| Yſaac preſbiter. | lxvi. |
| Saluianus preſbiter | lxvij. |
| Paulinꝰ alter | lxviij |
| Hilarius epiſcopus | lxix. |
| Leo epiſcopus | lxx |
| Mochimꝰ preſbiter | lxxi. |
| Thimotheus hereſiarches | lxxij. |
| Aſcleptus epiſcopus. | lxxiij |
| Petrus preſbiter | lxxiiij. |
| Petrus alius preſbiter | lxxv |
| Paſtor epiſcopus | lxxvi |
| Victor epiſcopus | lxxvij |
| Buconiꝰ epiſcopus | lxxviij |
| Euſeus preſbiter | lxxix. |


Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vincencius alius preſbit lxxx.
Syrus monachus lxxxi.
Samuel preſbiter lxxxij.
claudianus p̄ſbiter lxxxiij.
Proſper aquitanus lxxxiiij.
Fauſtus epiſcopus lxxxv.
ceſarius epiſcopus lxxxvi.
Seruus dei ep̄us lxxxvij.
Victorius calculator lxxxviij.
Theodiricus ep̄us lxxxix.
Gennadius epiſcopꝰ xc.
Theodolus p̄ſbiter xci.
Iohānes p̄ſbiter xcij.
Sydonius epiſcopus xciij.
Gelaſius epiſcopus xciiij.
Honoratus ep̄us xcv.
Cerealis ep̄us xcvi.
Eugenius ep̄us xcvij.
Pomerius preſbiter xcviij.
Gennadius preſbiter xcix.

Incipit liber gēnadij p̄ſbiteri maſſiliēſis de ſcriptoribꝰ ecclaſticis

Capitulū primū.

IAcobus ꝯgnomēto ſapiēs nyſibene nobilis pſarꝫ modo ciuitatis ep̄us. fuit vnꝰ ex numero maximiano pſecutoꝛe ꝯfeſſoꝝ. a eoꝝ qui ī nycena ſynodo arriană puerſitatē omouſie oppoſione dāpnarūt Hunc virꝫ beatus iheronimꝰ in libro x p. o. velut magnarū virtutū hoīnē noīnans. in katalogo ſcriptoꝝ ait non poſueit facile excuſabitꝰ. ſi ꝯſideremꝰ ipōs tres vel quatuoꝛ ſiros quos poſuit et īterp̄tatos in grecum ſe legiſſe teſtatꝰ. Vnde cōſtat eum illo tēpore ignoaſſe ſiram linguā. vel litteras. et ideo hunc qui necdū verſus eſt in aliā linguā neſciſſe ſcriptorē. Cōprehēdit autē omne opus ſuū in. xxv. libris id eſt de fide cōtra ōnes hereſes. de karitate geneali. de ieiunio. de oracōne. de dilectione erga pximū ſpeciali de reſurrexione. de vita poſt moꝛtē. de humilitate. de paciētia. de penitentia. de ſatiſfactione. de v̄ginitate. de ſenſu anime. de circūciſione. de cino bn̄dicto. p quo in yſaia legitꝰ non eſt exterminādꝰ botrus. de xp̄o ꝙ filius dei ſit ei ꝯſubſtācialꝭ patri. de caſtitate adūſuſ gētes

de cōſtructione tabnaculi. de genciū ↄuſacōe de regna pſaꝝ· de pſecucōne criſtianoꝝ. Cōpoſuit et chronika minoris q̄dē grecoꝝ curioſitatis. ſed maioris fiducie· quia diuinaꝝ ſcripturaꝝ tantū auctoritate ↄſtructū. cōp̄mit ora eorū qui preſūptuoſa ſuſpicione de aduentu antixp̄i vel dn̄i noſtri inanit phyloſophant. Morit hic vir ↄſtancij tēporibꝰ· et iuxta preceptū patris eiꝰ ↄſtātini itra muros nyſibene ſepelit ob cuſtodiā videlicȝ ciuitatis. Qd ꝑm fidē ↄſtantini euenit· nā poſt multos annos ingreſſus iulianus nyſybē· et vel glorie ſepulti inuidēs· vel fidei ↄſtātini cuiꝰ ob id domū ꝑſequebat iuſſit efferri de ciuitate ſcī corpis reliq̄as. Et poſt paucos mēſes ↄſulende licet cauſa rei publice iouinianꝰ ipator q̄ iuliano ſucceſſerat. tradidit barbaris ciuitatē· q̄ vſqȝ hodie pſarum dicioni cū finibꝰ ſuis ſubiecta ſeruit·

## Capitulū Scd̄m·

i Iulius vrbis rome epiſcopus· ſcripſit ad dyoniſiū quēdam de incarnacōne dn̄i epiſtolā vnam. que illo tp̄e quidā vtilis viſa eſt· aduerſū eos qui ita duas ꝑ incarnacionē aſſerebant in xp̄o pſonas ſicut et naturas. Nūc autē ꝑniciosa ꝓbatur· fomentū enī eſt euticiane et timothiane impietatis·

PAulonas p̄ſbr̄ diſcipul⁹ ¶ iij.ca.
btī ephrē diaconi· hō acris valde inge
nij· ⁊ ī diuinis doct⁹ ſcriptuis. ꝫ viuēte mgrō
clarus ī doctoribꝫ eccīaſticis fuit· et maxīe ex
tpe declamator. p⁹ illi⁹ aūt obitū· amoē p̄ncipa
tus et noīs· ſeparās ſe ab eccīa. ſcꝛpſit ꝯtraīa
fidei mlta· Huic obitur⁹ btūs ephrē aſtāti ſi
bi dixiſſe fertur Vide paulona ne te ſubmit-
tas cogitacōnibꝫ tuiꝰ ⁊ eleues. ꝫ cū te ad pur
app̄hendiſſe putaueis deū crede nec ītellexiſ
ſe. p̄ſenſerat em̄ illū ex ſtudijs vel ſmoībꝫ no
ua īueſtigare. ⁊ in īmenſū intellectū tendere.
vnde ⁊ frequēter eū bardeſanen nouellū vo-
cabat ¶ capitulū iiij.
VItelli⁹ donacōnoꝝ ſciſma defendens
ſcꝛpſit de eo qꝫ odio ſint mūdo ſui dei
ī quo ſi tacuiſſꝫ de nrō velut pſecutor
noīe. egregiā doctrinā ederāt· Scꝛpſit ⁊ adū
ſum gētes. et adūſum nos velut traditoēs īp
ſecucōne diuinaꝝ ſcꝛpturaꝝ. Et ad regulā ec-
cleſiaſticā ptinētia mlta diſſeruit Claruit ſub
ꝯſtāte filio cōſtatini pn̄cipis ¶ ca·v·
MAcrobi⁹ p̄ſbit ⁊ ipē ut ex ſcꝛptis op-
tati cognouim⁹· donatiſta· poſtea in
vrbe roma ocultus epiſcopus fuit·
Scripſit aūm ad huc in eccleſia dei preſbiter
fuiſſet ⁊ ad ꝯfeſſores et ad v̄gines libꝝ vnū

et ad v̄gines librū vnū moralis q̄d ē ƺ valde
neceſſarie doctrine. ⁊ p̄cipue ad cuſtodiendā
caſtitatē aptiſſimis valde ſentēcijs ↄmunitū
Claruit int̄ nr̄os p̄mū affrice ⁊ int̄ ſuos. i. do
natianos ſiue mōtēſes poſtea rome Ca vi.
HElio dor⁹ p̄ſbiter ſcripſit libꝝ de natu
ris reꝝ exordialiū in q̄ oñdit vnū eſſe
p̄ncipiū. nec q̄dq̄ꝫ coeuū deo nec mali ↄditoꝛ
rē deū. ƺ ita bonoꝝ oīm creatorē vt mateia q̄
ad malū vſa ē poſt ĩuētā maliciā a deo ſit fcā
nec q̄dq̄ꝫ materialiū abſqꝫ deo credat̄ ↄditū
aut fuiſſe aliū reꝝ creatorē p̄ter deū. q̄ p̄ſcie
cia ſua cū preuidēt mutādā naturā p̄monuit
de pena Capitulū vij.
PAchomi⁹ mōchus. vir tā ĩ docēdo q̄ꝫ
inſigna faciēdo ap̄lice grē ⁊ fundator egipti
cenobioꝝ ſcp̄ſit regulā vtroqꝫ genei mōcho
rū aptā quā angelo dictāte pceperat Scp̄ſit
et ad collegas p̄poſiture ep̄las. in q̄bus alfa
betū miſticis tectū ſacm̄ētis. vel huāne ↄſue⸗
tudis excedētē ĩtelligentiā clauſit. ſolis credo
eoꝝ grē vel meritis māifeſtū. id ē ad abbatē
ſyrū vnā Ad abbatē corneliū vnā. ad om̄iū
mōſterioꝝ p̄poſitos. vt in vnū antiqus mō⸗
ſteriū qd̄ ligua egipciaca baū vocat̄ ↄgrega
ti. paſche diē velut etna lege ↄcelebrēt ep̄laꝫ
vnā Similiter ⁊ ad diem remiſſiōis que menſe

auguſto agit᷑. vt in vnū ꝓpoſiti ꝯgregarētur epl'am vnā. et ad frēs q̄ foras mōſteriū miſſi fuerāt opari epl'am vnā ¶ Octauū capi.

Theodor⁹ preſbit᷑ ſucceſſor grē ⁊ p̄poſiture ſupdc̄i abbatis pachomij. ſcp̄ſit ad alia mōſteria epl'as ſcāꝝ ſcripturaꝝ ſmone digeſtas. in q̄bus tn̄ ſepius memīt mgr̄i et īſtitutoris ſui pachomij et doctrine ei⁹. ac vite ꝓponit exēpla. q̄ ille vt doceret angelo āminiſtrāte didicerat Simul ⁊ hortat᷑ pmanēdū in ꝓpoſito cordis et ſtudij et redire in ꝯcordiā ⁊ vnitatē eos q̄ poſt abbatis obitū diſceſſione fc̄ā a cetu ſemetipōs abſciderāt vnitatis Sunt āt hui⁹ exhortacōis epl'e tres.

¶ capitulum nonum.

Orſieſis mōchus ābo𝔯. i. pachomij et theodori collega vir in ſcp̄turis ad pfectū inſtruct⁹ ꝯpoſuit librū dīno cōditū ſale totiuſqꝫ mōſtice diſcipline īſtrumētis ꝯſtructū. ⁊ vt ſimplicit᷑ dicā. in q̄ totū pene vetus ⁊ nouū teſtamētū ꝯpēdioſis diſſercōib⁹ iuxta mōcho𝔯 dūtaxat neceſſitatē inuenit᷑ expoſitū. quē tn̄ vice teſtamēti ꝓpe diē obitus ſui fratrib⁹ obtulit. ¶ decimū capitulū

Macharius mōchus ille egipci⁹ ſignis ⁊ v̓tutib⁹ clarus. vnā tantū adiuniores ꝓfeſſioīs ſue ſcp̄ſit epl'am. in q̄ docet illū pfce

poſſe ſeruire deo qui conditionē creationis ſue cognoſcēs ad oēs ſemetipm̄ inclamauerit labores ⁊ luctādo atq; dei auxiliū aduerſū oē in hac vita eſt ſuaue implorādo· ad naturalē quoq; perueniēs prauitatē continentiā velut nature debitū munꝰ obtinuerit·

Cap. vndecimum

Euagrius monachꝰ ſupradcī macharij familiaris diſcipulus diuina ⁊ hūana litteratura inſignis· cuiꝰ etiam liber qui attitulatur vitas patruꝫ· velut continētiſſimi et eruditiſſimi viri mentionē facit· ſcripſit multa monachis neccāria· ex quibꝰ iſta ſūt· Aduerſum octo pncipaliū vicioꝝ ſuggeſtiones. q̄s aut primꝰ aduertit aut inter pmos didicit· Octo tm̄ ex ſanctaꝝ ſcripturaꝝ teſtimonijs Obuiauit ita vt vnaqueq; ſpēs vel diaboli vel viciate natuē ſuggeſtionē contra ſe hrēt teſtimoniū · Qđ tñ opꝰ eadē ſimplicitate q̄ in greco inueni iuſſus in latinū trāſtuli Cōpoſuit ⁊ anachoritis ſimplr̄ viuentibꝰ libꝝ centū ſentētiaꝝ p capitula digeſtuꝫ · ⁊ eruditis ac ſtudioſis quinq̄ginta ſentenciaꝝ· quē ego in latinum primus feci· Nam ſuperiorem olim trāſlatum quia viciatū ⁊ p totum confuſum vidi. partim emendādo auctoris veritati reſtitui · Compoſuit et ſenobitis ac ſynoditis

doctrinā aptam vite comunis. et ad virgines
deo ſacras libellū ꝯpetentē religioīs ⁊ ſexui.
Edidit ⁊ paucas ſentētiolas valde obſcuras
et vt ipſe in hijs ait ſolis mōchoꝝ cordibus
ꝯgnoſcibiles. q̄s ſimiliter ego latinis edidi. Vix
it longa etate ſignis et v̄tutibꝫ pollens.
~~obuiauit~~.

¶ Duodecimū capi.

Theodorus āthiochie eccleſie p̄ſbit vir
ſcientia caut⁹ ⁊ lingua diſert⁹. ſcripſit
et adu̇ſū appolliariſtas ⁊ eunomianos de in
carnacōe dn̄i libros xv. aduerſus cōtinētes in
q̄bus rōne puiſſima ⁊ teſtimonijs ſcp̄turaꝝ
oñdit dn̄m ihm̄ ſicut pleītudinē deitatis. ita
plenitudinē huānitatis habuiſſe Docet ⁊ ho
minē duabꝫ tantū ſubſtācijs ꝯſtare. id ē aīa
et corpe. ſenſūqꝫ et ſpm̄ nō alterā ſubſtāciā ſꝫ
officia eſſe aīe ingeīta. q̄bu⁹ ſpiāt quibꝫ rōna
lis eſt. q̄bus ſenſibile facit corpus Quartū
decimū autē hui⁹ operis librū ꝑprie de icre
ata ⁊ ſola icorporea dn̄aqꝫ ōniū ſancte trini
tatis natura et de creaturaꝝ racione diſſerēs.
pio ſenſu cū auctoritate ſanctaꝝ ſcripturarū
explicauit. Quīto decīo vero voluīne totū ope
ris ſui corpus citatis etiā patꝝ traditionibꝫ
cōfirmauit et cōmuniuit.

¶ Decimū tertiū capitulū

Prudentius vir ſecularis litteratura

eruditus ↄpoſuit dyrocheū de toto veteri et
nouo teſtamēto exceptis pſoīs· Cōmentat⁹
eſt et in morē grecoꝝ examerō de mundi fa
brica· vſqꝫ ad ↄdicōem pmi hoīs ⁊ puarica
tionē ei⁹. Cōpoſuit et libellos quos greca ap
pellatione ꝑtitulauit apotheoſis pſichoma
chia·amartigemia·i·de diuinitate de ↄpugnan
tia animi·de origine pccoꝝ· Fecit et in laudez
martiꝝ librum vnū· et ymnoꝝ alterū· ſpēali
tamē intentiōe aduerſum ſymmachū ydola
triam defendentē·ex quoꝝ lectōe ↄgnoſcitur
palatinus miles fuiſſe

Capit. xiiij·

HVdentius ep̄us hyſpan⁹ ſcripſit ad
uerſum manicheos et ſabellianos ⁊
arrianos maxime quoqꝫ ſpeciali intentione
contra fotinianos·qui nunc vocantur bono=
ſiaci libꝝ quē pretitulauit de fide aduerſū hē
ticos in quo oñdit antiquitatē filij dei coeter
nalem deo patri fuiſſe·nec vnciū deitatis tūc
a deo prē accepiſſe cum a maria mrē virgine
homo deo fabricāte ↄceptus et natus eſt

Decimum quintū capitulū

Commodianus dum inter ſecula=
res litteās etiam noſtras legit oc
caſionē accepit fidei. Factus itaqꝫ
xpianus et volēs aliquid ſtudiorum ſuorum

numeris offerre xᵒ ſue ſalutis auctori ſcripſit
mediocri ſmone quaſi librū aduerſū paga-
nos. et quia parū noſtrarū attigerat litterarū
magis deſtruere potuit documenta q̄ noſtra
firmare. Unde et de diuinis repromiſſionibus aduer-
ſum illos vili ſatis et craſſo vt ita dixerim ſen
ſu diſſeruit illis ſtuporē nobis deſperacionē
incuciēs. Tercullianū et lactātiū et papiā auc-
tores ſecutus. moralē ſane doctrinā et maxime
volūtarie paupertatis amorē optime proſecutꝰ
ſtudētibus inculcauit Capitulū xvi.

FAuſtinꝰ preſbitē ſcripſit ad pſonā flac-
cille regine aduerſū arrianos et macedo
nianos libros ſeptē hijs eos maxime ſcarū ſcrip
turarū teſtimonijs arguēs et conuicens. quibus
illi p̄uo ſenſu vtūtur ad blaſphemiā Scripſit
et librū quē valētiniano et theodoſio et archa
dio imperatoribus pro defenſione ſuorū cū marcel
lino quodā p̄ſbitero optulit Ex quo oñditr
luciferiano ſciſmati ꝯſenſiſſe. qr hylariū pic
tauieñſem et damaſū vrbis rome epōs in eo-
dem libro culpat quaſi male ꝯſuluerit eccliē
q p̄uaricatores epōs in cōmunionē et ſacer
docium pacis recuperande grā recepiſſent. qd
luciferianis ita diſplicuit recipe epiſcopis q
in arriminēſi ꝯſilio arrianis cōicauerāt. quō
nouacianos apoſtatas penitentes.

Ruffinus aq̄legienſ eccłie p̄ſbit· Cxvij·
nō minima ps fuit doctoꝝ eccłie ⁊ in
trāſferendo de greco in latinū eligās
ingeniū habuit Denıq̃ꝫ maximā p̄te grecoꝝ
bibliothece latinis exhibuit· baſilij ſcilꝫ ceſa
rienſ capadocie epiſcopi· gregorij naſareni
eloquētiſſimi viri hoīs clementis romani re
cognitionū. libros euſebij ceſariēſis paleſtie
eccłaſticā hiſtoriā· Sixti ſentētias· Euagrij
ſentētias Interp̄tatus eſt etiā ſentētias pan
phili martiris aduerſū mathematicos· Ho
rum oīm quecunq̃ꝫ p̄miſſis ꝓlogis a latinis
leguntur. a rufino interp̄tata ſunt Que aūt
ſine prologo ab alio trāſlata ſunt q̄ prolo=
gum facere noluit. Origenis aūt nō oīa· q̄a
et iheronimꝰ trāſtulit aliquāta que ſuo ꝓlo
go diſcernunt̃ Proprio aūt labore imo grē
dei dono expoſuit idē rufinus ſymbolū· vt in
eius ꝯpacōe alij nec expoſuiſſe credant̃ Diſ
ſeruit ⁊ b̄ndictōem iacob ſup p̄triarchas tri
plici idē hiſtorico morali ⁊ miſtico ſenſu Scrp̄
ſit et ep̄łas ad timorē dei hortatorias mł̄tas
inter q̄s p̄minent ille q̄s ad ꝓbam dedit hy
ſtorie etiā eccłaſtice· quā ab euſebio ſcriptā ⁊
ab ipſo dixımꝰ īterp̄tatā· addidit decimū et
vndecimū libꝝ Sꝫ et obtrectatoi opuſculoꝝ
ſuoꝝ r̄nt duobꝰ voluminibꝰ arguēs ⁊ ꝯuīcēs

ſe dei intuitu ⁊ eccīe vtilitate auxiliāte dn̄o in⸗
geniū agitaſſe· illū vero emulacōnis ſtimulo
incitatū ad obloquiū ſtilū vertiſſe

Capitulū xviij·

Tychonius nacōne afer in d̄inis litteis
eruditꝰ iuxta hiſtoriā ſufficiēter· et in
ſecularibꝯ non ignarus fuit in eccliaſticis q̄z
negocijˢ ſtudioſus· ſcripſit de bello inteſtino
libros tres· ⁊ expoſicōnes diuerſaꝝ cauſarū
in quibꝯ ob ſuoꝝ defenſionē ātiquaꝝ meminit
ſynodoꝝ. E q̄bus omnibꝯ agnoſcitᷣ donacōe
ꝑtis fuiſſe. Cōpoſuit ⁊ regulas ad inueſtigā
dā ⁊ īueniēdā ītelligentiā ſcp̄turaꝝ ſeptē q̄s
in vno volumīe cōclusit· Expoſuit ⁊ apoka⸗
lipſim iohānis ex integro. nihil ī ea carnale
ſed totū intelligēs ſpiritale In qua expoſicōe
dixit angelicā ſtacionē corpꝰ eſſe· Mille q̄z
annoꝝ regni ī iuſtoꝝ poſt reſurrexionē futuī
ſuſpicionē tulit· neq̄z duas ī carne mortuoꝝ
reſurrectioēs futuras. vnā iuſtorū et aliā in⸗
iuſtoꝝ. ſed vnā et ſemel omniū in qua reſur⸗
gent etiā abortiui reformati· ne q̄d humani
generis deformatū et aīatū ſubſtācie inte⸗
reat oſtendit Diſtinctionē ſane duaꝝ reſur
rectionū ita facit vt p̄mā quā iuſtorū apoka
lipſis dicit credamꝰ inō in eccīe īcremēto agi
vbi iuſtificati p fidē· a morticiniˢ peccōꝝ ſuoꝝ

ꝑ baptiſmū· ad vite eterne ſtipendiū ſuſcitā
tur. Sed a vo generalr ois hoīm carnis· Flo
ruit hic vir etate q̄ ante memoratus rufinus
theodoſio ⁊ filio eius regnātibꝫ ¶ Ca· xix·

Seuerꝰ presbr cognomēto ſulpiciꝰ
aquitanice ꝓuīcie vir· genere ⁊ lrīs
nobilis· ⁊ pauptatis atqꝫ humilitatis amo-
re ꝯſpicuus. carꝰ etiā ſanctoꝝ viroꝝ martini
turonēſis epiſcopi· ⁊ paulini nolēſ· ſcripſit·
non ꝯtempnēda opuſcula· Nam epſas ad
amorem dei et cōtemptū mūdi hortatorias·
ſcripſit ſorori ſue mltas q̄ et note ſūt· Scrip
ſit et ad paulinū predictū duas. et ad alios
alias· ſed quia mali quibꝫ etiā familiaris ne
ceſſitas īſerta ē non digeruntᷣ. ꝯpoſuit ⁊ pro
micas Scripſit ⁊ ad multoꝝ ꝓfectū vitā bti
martini monachi et epiſcopi· ſignis et ꝓdi-
gijs ac virtutibꝫ illuſtris viri· et collacōnem
poſtumiani et galliſe mediāte et iudice. de cō
uerſatiōe monachorū orientalium· ⁊ ipſius
martini habitā in dialogi ſpēm· duabꝫ inſci
ſionibꝫ cōprehendit· in quarū priore refert
ſuo tpe apud alexandriā ſinodo epoꝝ decre
tum· origenē cautiꝰ a ſapiētibꝫ ꝓ bonis legē
dum· et a minꝰ capacibꝫ ꝓ malis refutandū
Hic in ſenectute ſua a pelagianis deceptus·
et agnoſcens loquacitatis culpā. ſilenciū vſ

ad morte͞ tenuit·vt pc͞cm q̄ꝺ loque͞do ꝯtrax
erat·tace͞do penitus emendaret ¶Ca·xx·
Antioch⁹ ep̄s.ſcripſit aduerſus aua
riciam vnū et lōgum volumen. et in
curacōne ceci q̄ a ſaluatoꝛe͞ illuīnatus
eſt omeliā ꝯpoſuit ꝯpunctōne timoris dei et
huīlitate plenā· Moꝛit̄ archadij impatoꝛis
tempoꝛe. ¶Cap̄·xxi.
Seuerianus gauellenſ ecc͞e ep̄s in di
uinis ſcripturis eruditus et in ome
lijs declamatoꝛ āmirabilis fuit Vn̄ ꝛ
frequenter ab ep̄o iohanne et impatoꝛe ar
chadio ad faciendū ſmone͞ ꝯſtātinopolim
vocabat̄ Legi eius expocōez in ep̄lam ad ga
lathas.ꝛ de bap̄mo et epiphanie ſolempni
tate libellū gratiſſimū Moꝛit̄ iunioꝛe theo
doſio filio ſuo in bap̄mo īpante ¶ca.xxij
Niceas romaciane vrbis ep̄s·ꝯpoſu
it ſimplici ꝛ nitido ſermōe ſex ꝯpete͞
tibus ad baptiſmū inſtructōis libel
los in quibꝫ ꝯtinet prim⁹ qualiter ſe debent
agere ꝯpete͞tes qui ad baptiſmi grām cupi
unt puenire Secūd⁹ de gentilitatis erroribꝫ
in q̄ ꝺt ſuo pene tpe melcidiū q̄ndā prēm fa
milias ob liberalitate͞·et gadarriū ruſticū ob
foꝛtitudinem ab ethnicis ee͞ inter deos tranſ
latos· Tercius liber de fide vnice maieſtatis

Quart⁹ adúſus genealogiā. Quītus de ſim
bulo Sext⁹ de agni paſchalis victima. Edi-
dit ⁊ ad lapſam v̉ginē libellū. pene in oībus
labētibus emulacōis incētiuū Ca xxiij
Olympius nacione hiſpan⁹ eps. ſcpſit
libꝝ fidei. adúſū eos q̄ naturā ⁊ nō ar
bitriū in culpā vocāt oñdēs nō creacōne ꝫ in
obediētia inſertū nature malū.

Capitulū xxiiij

Bachiari⁹ vir xp̄iane philoſophie nu
dus ⁊ expedit⁹. vacare deo diſponēs
etiā pegrinationē ꝓpt ꝯſeruādā integritatē
elegit. Edidiſſe dicit̉ grata opuſcula. ꝫ ego
tantū vnū ex illis libellū de fide legi. in q̄ ſatiſ
facit pōtifici vrbis adúſū q̄rulos et īfamato
res pegrinacōis ſue ⁊ īdicat ſe nō timore hoī
nū. ꝫ dei cauſa pegrinacōem ſuſcepiſſe vt exi
ens de tra ſua ⁊ cohēs fieret abrahe p̄riarche

Capitulū xxv.

Sabbati⁹ gallicane eccleſie eps rogа-
tus a quadā caſta ⁊ criſto dicata v̉gine ſc̄da
noīne. cōpoſuit librū de fide adúſus marcio-
nem ⁊ valētinū eius auctorē. ⁊ adúſus euno
miū ⁊ eius magiſtrū aeciū. oſtendēs eis rati-
onē ſcripturaꝝ teſtimonijs vnū eſſe deitatis
principiū vnū eſſe deū eternitatis auctorē ⁊
mūdi ex nihilo cōditorē. ſimulqꝫ et de criſto-

ꝙ non in fantaſia homo apparueit · ⁊ veram habuerit carnē ꝑ quā manducādo. bibendo laſſando · plorādo · paciendo · moriendo reſurgendo verus ꝓbatur hō. Hijs em̄ marcion et valentin⁹ cōtrarij extiterūt aſſerētes duo eſſe deitatis pricipia et xp̄m veniſſe in fantaſia Acio vō et eunomio eius diſcipulo oſtēdit prēm ⁊ filiū non duarū eſſe naturaꝝ ⁊ diuinitate parilium. ſed vni⁹ eſſentie. ⁊ alteꝝ ex altero · i · ex patre filiū · et alterū alteri coeternalem · cui crudelitati Acius ⁊ eunomi⁹ contradicunt

Capitulū. xxvi·

Iſaac ſcpſit de ſancte trinitatis trib⁹ pſonis ⁊ re incarnacōne dm̄ librum obſcuriſſime diſputacōnis et inuoluti ſermonis. ꝯfirmās ita in vna deitate tres eē pſonas · vt tamē ſit aliquid in ſingulis proprium qd nō habꝫ alia patrē · ſ. hoc habere ꝓprium · ꝙ ipſe ſine origine origo ſit aliorū. filium hoc habere propriū qd genitus genitore non ſit poſterior · ſanctū ſpūm hoc hr̄e propriū qd nec factus nec genit⁹ ⁊ tn̄ ſit ex altero De icarnacōe vō ita ſcpſit vt manētib⁹ in ea duab⁹ naturis vna credat filij dī pſona

Viſin⁹ monach⁹ ſcpſit

ca. xxvij.

aduſus eos q̄ rebaptiſandos hereticos decernūt · docēs nec legitimū eſſe

nec deo dignū rebaptizaī illos q̄ ī noīe ſimp
liciť xp̄i· vel noīe p̄ris et filij et ſp̄us ſcī· q̄p̄uis
p̄uo ſenſu baptizent᷑. ſ; poſt ſancte trinitatis
ꝛ xp̄i ſimpliceꝫ ꝯfeſſionē ſufficeꝫ ad ſaluteꝫ ma
nus īpoſicōem catholici ſacđotis ¶ ca. xxviij.

m Macharius ali⁹ mōch⁹ ſcp̄ſit in vrbe ro
ma adūſū mathematicoꝝ libꝝ in quo
labore oriētaliū q̄ſiuit ſolacia ſcripturaꝝ

h Heliodoꝝ alius ātiochie ¶ ca. xxix.
p̄ſbiter edidit de v̄ginitate egregiū ꝛ
ſcīs ſcp̄turis inſtructū volumē. ¶ ca. xxx.

i Iohānes iheroſolimitaꝝ ep̄s ſcripſit
adūſuꝝ obtrectatoēs ſtudij ſui libꝝ. in
q̊ oñdit ſe ~~no~~ origenis īgeniū· nō fidē ſecutū.

¶ capitulū xxxi·

p Paulus ep̄s ſcripſit de penitētia libellū
in q̊ dat legē penitētibꝫ ita debē dolē ꝓ pccīs
ne ſup̄ mēſurā triſticie īmenſitate deſperacōis
mgātur· ¶ capitulū xxxij·

h Heluidius auxēcij diſcipulus· ſymachi
imitator· ſcp̄ſit religioīs q̄dē ſtudio ſ;
non ſcđm ſcienciā libꝝ neqꝫ ſermone neqꝫ ve
ra ratione nitidū· in cui⁹ ope ita ſanctaꝝ ſcp̄-
turarum ſenſū ad ſuam pverſitatē flectere co
natus eſt· vt earū teſtimonijs aſſerere volu-
erit ſanctā mariam poſt natiuitatem domini
q̄ virgo peperit ioſeph ſponſo ſuo iunctam

et ex ei⁹ ↄſortio filios ſuſcepiſſe qui frēs dn̄i appellati ſunt· ¶Cui⁹ prauitatē iheronim⁹ arguens. libellū documētis ſcripturaꝝ ſufficienter factū aduerſum eum edidit·

¶Capitulū. xxxiij·

Theophil⁹ alexādrine ciuitatis epiſcop⁹ ſcripſit aduerſū origenē vnū ꝗ grāde volumen in q̄ oīa pene eius dcā ꝗ ipm pariter dāpnat· ac ſimul docēs ſe eū primuꝫ ſed ab antiquis patrib⁹ et maxīa heracla fuiſſe et a pr̄ſbiteris eiectū. et de eccā pulſum et de ciuitate fugatū Sꝫ et antropomorfitas hereticos qui dicūt deū humana figura ꝗ membris ↄſtare diſputacōe longiſſima cōfutans et diuinaꝝ ſcripturaꝝ teſtionijs arguens et cōuincens eos· oſtēdit deū incorporeū iuxta fidē patrū credēdum neqꝫ vllis membroꝝ liniamentis ↄpoſitū et ob id nichil ei in creaturis ſiſere p ſubſtantiā. nec cuiquā incorruptibilitatem ſue dediſſe nature· ſed eē oēs intellcūales naturas corporeas· oīes corruptibiles· oēs mutabiles· vt ille ſol⁹ corruptibilitati ꝗ mutabilitati nō ſubiaceat. qui ſolus habꝫ immortalitatē paſchalē etiā recurſuꝫ quod magna apud niceaꝫ ſynod⁹ poſt· xc· et quinqꝫ annos in tempore ꝗ die ꝗ luna ſm ſuū ſtatū inuenerat additis q̄buſdā ipius feſtiuitatis

~~festiuitatis~~ rōibus et expoſiciōibꝰ theodoſio
pn̄cipi optulit Legi et tres de fide libros ſub
noīe eius titulatos. ſed qꝛ lingua incōſonās
eſt nō valde credidi. Capi. xxxiiij.

e Uſebius ſcripſit de crucis dn̄i miſteio
et apl'orum p̄cipueqꝫ petri cōſtanciā
virtute crucis fidei indeptam Ca. xxxv.

Igilācius p̄ſbit᷑ nacōne gallꝰ hiſpaīe
barcilonēſ prochie ecclīaꝫ tenuit Scp̄ſ-
ſit ꝛ ipe q̄dem zelo religioīs aliq̄. ſ; victꝰ huā
na laude. ꝛ p̄ſumēs ſup̄ vires ſuas hō ligua
politꝰ. nō ſenſu ſcp̄tuaꝝ exercitatꝰ expoſuit
p̄uo ingenio ſcdam danielis viſionē Et alia
locutꝰ eſt friuola q̄ in catalogo hēticoꝝ necā
rio ponūtur Huic et beatꝰ iheronimꝰ rn̄dit.

Capitulum xxxvi.

s Implicianꝰ epūs mediolanēſis mltis
eptis hortatꝰ eſt auguſtinū adhuc p̄ſbiteꝝ
agitare ingeniū et expoſicionibꝰ vacare ſcp̄
turaꝝ vt etiā nouus q̄dam ābroſius origeīs
ergodioctis id ē opis ꝯpulſor vidētur Unde
ꝛ multas ad eiꝰ pſonā abſoluit ſcripturaꝝ q̄ſ
tiones Eſt et eius epiſtola ꝓpoſicionū. in q̄
intrrogādo q̄ſi diſciturꝰ docet docturū.

Capitulum xxxvij.

v Igilius epiſcopꝰ ſcp̄ſit ad quēdam
ſimplicianū in laude martirū libellū

et epl'am ↄtinentē geſta ſui tpis apud bar‑
baros martirū. Cap. xxxviij.

AUguſtinus afer yponēſ oppidi eps vir eruditiōe dīna ⁊ hūana orbi clarus. fide integer ⁊ vita pur⁹ ſcripſit. quāta nec inueniri pñt Quis ergo glietur ſe oīa illius hr̄e Aut quis tāto ſtudio legat q̄nto ille ſcripſit. Vñ ex multa eloq̄ntia accidit qđ dixit p ſalomonē ſpūs ſanct⁹ Ex multiloquio non effugies pccm Edidit tñ ſenex qđ iuuenis ceperat de trinitate libros. xv. quibꝫ vt ſcriptura ait. introduct⁹ in cubiculū regis ⁊ decoratus veſte multifaria ſapiēcie dei. exhibuit eccām nō hñtem maculā aut rugam vl' aliquid huiōi De incarnatiōe quoqꝫ dei ydoneaꝫ edidit pietatē De reſurrexiōe etiā mortuoꝝ ſimili cucurrit ſinceritate. licꝫ minus capacibꝫ dubietateꝫ de abortiuis fecerit. error tñ illius ſermone multo vt dixi ↄtractus luxta hoſtiū exaggeratus necdū hereſis queſtionem abſoluit

Cap. xxxix.

ORoſius preſbiter hiſpan⁹ genere. vir eloquens ⁊ hiſtoriarū cognitor ſcripſit aduerſum querulos xp̄iani nominis qui dicunt defectū romane rei publice chriſti doctrina inuectum libros ſeptem

in quibꝯ to ciꝰ pene mūdi tēpoꝛis calamitates et miſerias ac belloꝝ inq̄etudines replicās. oñdit magis xp̄iane obſeruācie eſſe. qꝛ ꝯtra meitū ſuū res rōna adhuc duraēt. ⁊ pace cul ture dei pacatū retinēt īpiū Sane in p̄mo de ſcribit poſicionē oꝛbis occeani intfuſione et tanais limitibꝯ intſciſū. ſitū locoꝝ. noīa ⁊ nu meꝝ. moꝛes qꝫ gentiū. q̄litates regionū. iicia belloꝝ ⁊ tirānidis exoꝛdia. finitimo ſanguine dedicata Hic ē oꝛoſius q̄ ab auguſtino ꝓdiſ cēda aīe racione ad ihēonimū miſſus. rediēs reliq̄as bti ſtephani p̄mi martiris tunc nup inuētas p̄mꝰītulit occidēti. Claruit extremo pene honoꝛij īpatoris tēpoꝛe Capi. xl.

Maximꝰ tauriēſis ecc̄ie ep̄us vir in d̄inis ſcp̄turis ſatis ītentus et ad docendā ex tpe plebē ſufficiēs. cōpoſuit in laudē apſoꝛū tractatus. et in iohānis baptiſte. et generalē ōniū martirꝝ omeliā Sꝫ et de capitulis euā gelioꝝ. ⁊ actuū apłoꝝ mlta ſapient ꝯpoſuit Fecit et duos de ꝯuerſacōne ſc̄i euſebij vercel lēſis ep̄i ⁊ ꝯfeſſoꝛis tractatꝰ. ⁊ de ſc̄i cypriaī De baptiſmi grā librū edidit. De auaricia de hoſpitalitate. de defectu lune. de elemoſinis. de eo qđ ſcp̄tū eſt in yſaya. caupones tui miſ cuerēt vinū aq̄. de paſſione dn̄i. de ieiunio ſer uoꝝ dei gn̄ali. de ieiunio ſpeciali q̄dragesime

et q̄ nō ſit in eo iocandū. de iuda traditoꝛe. de
cruce dn̄i· de ſepulchro eiꝰ· de reſurrexiōe ipſiꝰ
de accuſato ⁊ iudicato dn̄o apd̄ pilatū· de ka
lendis ianuarij· Omelias de natali dn̄i ome-
lias de epiphania. de paſcha ⁊ penthecoſtē
multas· de hoſtibꝰ carnalibꝰ non timēdis. de
gracijs poſt cibū agēdis deo. de penitētia mi-
nuitatꝫ· ⁊ multas alias eiꝰ omelias de diuer
ſis cauſis habitas legi q̄s nec retineo Moꝛi
tur honoꝛio et theodoſio iuniore regnātibꝰ·

capitulū·xli·

P Etronius bononiēſis eccl̄ie ep̄s vir ſcē
vite et mōchoꝝ ſtudijs ab adoleſcēcia exerci
tatus ſcripſiſſe putatᷣ vitas patrū egipti mō
choꝝ quasᷣ velut ſpeculū ac normā ꝓfeſſiōis
ſue mōchi āplectūtur· Legi ſub eiꝰ noīe de oꝛ
dinacōne ep̄i ratione. et huīlitate plenū trac
tatū· quē līgua elegācioꝛ oſtendit nō ipſius
eſſe. ſʒ vt q̄dam dicūt patris eiꝰ petronij elo
quētiſſimi ⁊ eruditiſſimi in ſecularibꝰ litteris
viri· et credēdū· nā p̄fectū p̄toꝛij fuiſſe ſe ī ipō
tractatu deſignat Moritur theodoſio archa
dij filio ⁊ valētiniano regnātibus· ca xlij.

P Elagius hēſiarches an̄q̄ ꝓdētur hē
ticus· ſcripſit ſtudioſꝭ vis necc̄aria tres
de fide trinitatis libros· et ꝑ actualē ɔuerſati
one eulogiarꝫ ex diuinis ſcr̄pturis librū vnum

capitulorum indicijs in modū ſancti cipriani martiris p̄ſignatū Poſt hēticus publicatus ſcripſit hereſi ſue fauencia. Ca. xliij.

INnocētius vrbis rome ep̄s ſcripſit decretū occidētaliū et orietaliū ecc̄ar̄ adūſus pelagianos datū. qd̕ poſtea ſucceſſor eius papa zoſim⁹ lati⁹ promulgauit.

CElestius āteq̄ȝ pelagiani dog Ca. xliiij ma incurreret. imo adhuc adoleſcens. ſcripſit ad pentes ſuos de monaſterio epl̄as in modū libellor̄ tres. ī oīb⁹ deū deſiderātib⁹ necc̄arias morales Siquidē in eis dictio nihil vicij pditi poſtmodū. ȝ totū ad v̕tutis incita mentum tenuit Ca. xlv.

IVlianus ep̄us campan⁹ vir acris in genij in diuinis ſcripturis doct⁹ greca et latina ligua ſcolaſticus. priuſq̄ȝ im pietatē pelagij in ſe aperirȝ clarus in docto ribus ecc̄ie fuit Poſtea vero hereſim pelagij defēdere niſus. ſcripſit aduerſus auguſtinū impugnatorē illius libros q̄tuor. et iter̄ libros ſeptē Eſt et liber altricacōis ambor̄. ptes ſu as defendētiū Hic iulian⁹ elemoſinis tpe fa mis et anguſtie indigētib⁹ oīb⁹ p̄rogatis mul tos miſeracōnis ſpē nobiliū. p̄cipueqȝ religio ſor̄ illiciēs hēſi ſue ſociauit Morit⁹ valētini ano et cōſtātino filio e⁹ ipante Ca. xlvi.

Lucian⁹ preſbit᷑ vir ſcūs cui ca. xlvi.
reuelauit de⁹ tēporib⁹ honorij ꝛ theo
doſij auguſti locū ſepłchri et reliq̄aꝝ corpis
ſcī ſtephaī mātiris ꝓmi· ſcpſit ipſā ꝛuelacōez
ad oīm ecclīaꝝ pſonā greco ſermoē ca. xlvij
Avitus pſbiter hō hiſpan⁹ genē. añ re
latā luciani pſbitei ſcripturā in latinū
trāſtulit ſermonē ꝛ addita epł̄a ſua p oroſiū
occidētalibus dedit ca. xlviij
PAulinus nole cāpanie epūs cōpoſuit
verſu breuia ꝫ multa· et ad celſū quē-
dā epitaphij vice ꝯſolatoriū libellū ſup mor
te xp̄iani ꝛ baptizati īfantis· ſpe xp̄iana mu
nitū· ꝛ ad ſeueꝝ pluēs epł̄as ꝛ ad theodoſiū
imꝑatorē añ epiſcopatū pſa panagiricū ſu-
per victoria tirānoꝝ· eo maxīe q͛ fide et orati
one pluſq̄ armis vicerit· Fecit et ſacmenta-
riū ꝛ hīnariū Ad ſororē q̄ꝫ epł̄as multas de
ꝯtēptu mūdi dedit· ꝛ diuſiſ cauſ diuſa diſpu
tacōe tractat⁹ edidit. pcipu⁹ tñ oīm opuſcu-
loꝝ ei⁹ ē liber de penitētia ꝛ laude gn̄ali mar
tiꝝ· Claruit tpib⁹ honorij ꝛ valētiniaī. nō ſo
lū erudicōe ꝛ ſcītate vite ꝫ ꝛ potētia aduerſū
EUtropi⁹ pſbit᷑ ſcp- demoēs ca. xlix
ſit ad duas ſorōes āncillas xp̄i· q̄ ob de
uocionē pudicicie ꝛ amorē religioīs exhēda
te ſūt a parētib⁹ epł̄as duas in mod̄ libroꝝ

ꝯſolatoias· eleganti ⁊ apto ſmone duas.
nō ſolū rōe ſ etiā teſtionijs ſcp̄tuāꝝ muitas
Evagrius alter ſcripſit altrica Ca·l.
tionē ſimoīs iudei ⁊ theophili xp̄iani.
que pene oīb⁹ nota eſt Li·
Vigili⁹ diacon⁹ ꝯpoſuit ex ꝑ̃ dicōe prm
mōchoꝝ regulā·q̄ in cenobio ad pfcm
frm in ꝯuētu legit.buiato ⁊ apto ſmōe toti
us mōſtice pfeſſioīs in ſe tenentē diſciplinā
Atticus ꝯſtātinopolitan⁹ ep̄s ·lij.
ſcp̄ſit ad reginas archadij īpatoris
filias ꝺ fide ⁊ vͦgitate libꝝ valde egre
giū in q̊ p̄ueniēs neſtorianū dogma īpugt·
Neſtor heſiaches cū ātiochie ecce liij·
p̄ſbiter inſignis in docēdo ex tpe decla
mator haberet·ꝯpoſuit īfinitos tracta
tus diuſaꝝ·i·expoſitionū·in q̄b⁹ etiaʒ ſubtili
nequicia īfudit poſtea pdite ipietatis vene
na.q̄ mo͞cl interdū ocultabat ſuadela·Poſt
quā vēo eloq̄ntia ei⁹ ⁊ abſtinētia ꝯmendāte
ꝯſtantinopolitane eccꝉie pōtificatu donatus
eſt· ⁊ aptū ſe hoſtem eccꝉie quē diu celabat
oſ͞dens.ſcripſit libꝝ q̄ſi de incarnacōe dn̄i lx
et duob⁹ ꝺine ſcp̄tuē teſtionijs p̄uo ſenſu cō
ſtructū· in q̊ q̄cq̄d aſſeuerauerit in catalogo
heticoꝝ demōſtrat Ca·liiij· aduſū
Celeſtin⁹ vrb̄ rome ep̄us decreta ſinodi

ſup̄dictū neſtorē dictauit habitūq; volumē
deſcribēs ad oriētis et occidētis ecc̄ias dedit·
ↄfirmās duabꝰ in xp̄o manētibꝰ pfecte natu
ris·vnā filij dei credēdā eſſe pſonā Huic etiā
ſentētie ſup̄dc̄us neſtor oſtēſus ē eſſe ↄtrariꝰ
Similiter etiā ſixtus ſucceſſor celeſtini p eadē re
et ad ipſū neſtorē et ad oriētis epōs aduerſū
errorē eiꝰ ſuccidendū ſentētias direxit Ca lv
Theodorꝰ anchiranꝰ galacie eps ſcpſit
aduerſū neſtorē adhuc epheſi poſitꝰ
librū redargucōis ⁊ ↄfutacōis dyaletica q̄ de
arte orditū. ſed auctoritate ſcāꝝ ſcpturaꝝ de-
textū Multis em̄ aſſercōibꝰ vſus ē anq̄ ſcp
turaꝝ teſtimonia poneret Ca lvi.
Aſtidius britānoꝝ eps ſcpſit ad faca
lē qn̄dā de vita xpiana libꝝ vnū· ⁊ aliū
de viduitate ſuāda ſana et deo dig̃ doctrīa·
Cirillus allexādrie ecc̄ie Ca lvij·
eps edidit variaꝝ.i. expoſicionū trac-
tatus· omelias etiā ↄpoſuit pluimas q̄ ad de
clamādū a grecie epis memorie ↄmendātur
Preterea libri eiꝰ ſūt de ſinagoge defectu de fide
adu̇ſū hēticos. ⁊ peculiari ītencōe adu̇ſū neſto
rē libꝝ ↄpoſuit· q̄ attitulatꝰ.i. caſtigacō·ī q̄ oīa
neſtois occulta pādūtꝰ ⁊ pdita ↄfutātꝰ· lviij
Thimotheꝰ eps. ↄpoſuit libꝝ de natitate
dn̄i ſc̄m carnē q̄m credit ī epyphaīa fcāz

LEporiꝰ adhuc mõchꝰ poſtea pſbr. lix
pſumẽs de puritate vite. quã arbitrio tm̄
ꝛ conatu ꝓprio nõ dei ſe adiutorio obtinuiſſe
crediderãt. pelagiũ dogma cepeãt ſeq̃. ꝫ a gal
licanis doctoribꝰ ãmonitꝰ ꝛ in affrica p augu
ſtinũ a deo emẽdatꝰ. ſcripſit emẽdacõis ſue li
bellũ. in q̃ ſatiſfacit de errore. et grãs agit de
emẽdacõe. ſil ꝛ qd male ſenſerãt de icarnacõe
xp̄i corrigẽs. catholicã ſniaꝫ tulit dicẽs. manẽ
tibꝰ in xp̄o duabꝰ naturis vnã credi filij dei
Capitulũ. CLX. pſonam.

VIctorinꝰ rethor marſilieñ ad filij ſui
etheri pſonã ꝯmentatus eſt in gene
ſim. i. a principio libri vſqꝫ ad obitũ abrahe
patriarche. iiij. edidit libros criſtiano quidẽ
et pio ſenſu. ſed vtpote ſeculari lrãtura occu-
patus homo. ꝛ nullius magiſterio in diuinis
ſcripturis exercitatus. leuioris ponderis ſen-
tentiã figurauit. Morit theodoſio et valẽti
niano regnantibꝰ Ca. lxi.

CAſſianus natiõe ſcita. ꝯſtãtinopoli
a iohãne magno epo dyaconꝰ ordi
natus. apud maſſiliã preſbr. ꝯdidit
duo monſteria. i. viroꝝ ꝛ mulieꝝ. q̃ vſ hodie ex
tãt. Scripſit experiẽtia magiſtrante libro ſmõe ꝛ vt
aptiꝰ dicã ſenſu ṽba inueniẽs. et actõe liguã
mouẽs. res oim mõchoꝝ neccãrias pfeſſioni

id eſt de hitu mōchi. et de canonico oracionū modo atq; pſalmoꝝ. q̄ in mōſterijs egipti die noctuq; tenet᷒ libros tres. inſtitucōnū librū vnū De origine ⁊ quātitate ac ēmedijs octo pn̄cipaliū viciorū libros octo. ſingulos q̄dē de ſingulis vicijs expediēs. Digeſſit etiā col lacōes cū pr̄ibꝫ egipcijs habitas. hoc eſt de deſtinacōne mōchi ac fine. de diſcrecōe. de tri bus ad ſeruiendū deo vocacōnibꝫ. de pugna carnis adūſus ſpm̄. ⁊ ſpūs adūſus carnē. De natuā oīm vicioꝝ. de nece ſcōꝝ. de mobilitate aīe. de octo pn̄cipalibꝫ vicijs. de q̄litate orōis de pfectis. de caſtitate. de ꝓtectione dei. de ſciē tia ſpitali. de dīuis cariſmatibꝫ. de amicicia. de diffiniēdo vel nō diffiniēdo. de tribꝫ ātiq̄s ge neribꝫ mōchoꝝ. ⁊ q̄rto nup exorto. de fide ce nobite ⁊ hēmite. de ſatiſfactiōe penitētie. de remiſſione quinq̄geſiē de nocturnis illuſioni bus. de eo qd̄ dicit apl̄s. nō em̄ qd̄ volo facio bonū. ſ; qd̄ nolo malū hoc ago De mortifica cōne. Et ad extremū rogatus a leone archidy acono. poſtea vrb̄ rome epō. ſcripſit adūſus neſtorē de īcarnacōne dn̄i libros. vij. et ī hijs ſcribēdi apd̄ maſſiliā ⁊ viuēdi finē fecit. theo doſio et valentiniano regnātibus.

Philippus pr̄ſbiter au- ditor iheronimi cōmētat᷒ in iob edidit Ca. lxij

ſermone ſimplici librū. Legi ⁊ eius failiares
epłas et valde ſalſas et maxie ad pauptatis
et doloꝝ tollerantiā exhortatorias. Moritur
marciano et auito regnātibꝫ ¶Ca.lxiij.

Eucherius lugdunenſ eccłie pſbr. ſcp
ſit ad valerianū ꝓpinquum de ɔtēptu
mūdi ⁊ ſecłaiꝰ eplē phiſophie epłaꝫ
vnā ſcolaſtico ⁊ rōnabili ſmōe Diſſeruit etiā
ad pſonā filioꝝ ſalonij ⁊ verani poſtea epoꝝ
obſcura queqꝫ ſcāꝝ capitula ſcripturaꝝ Sꝫ ⁊
ſancti caſſiani qdā opuſcła lato tenſa ſmōe
anguſto vbi reſoluens tramite invno coegit
volumine aliaqꝫ tā eccłiaſticis ꝙ mōſticis ſtu
dijs necāria Morit ſub valentiniano ⁊ mar
ciano principibꝫ ¶Ca.lxiiij

Vincentius natiōe gallus apud mona
ſteriū lirinēſis inſule pſbiter. vir in
ſcripturis ſcīs doctꝰ et noticia eccłiaſti
corū dogmatū ſufficiēter inſtructꝰ. cōpoſuit
ad euitāda hēticoꝝ collegia. nitido ſatis. et
apto ſmone validiſſimā diſputatiōnē. quā
abſcōſo noīe ſuo attitulauit. pegrīno adūſum
hēticos Cuiꝰ opis qꝛ ſcdi libri maximā in ſce
duł ptē a qbuſdā fuatā pdita capitła cōe rep
perit. velocꝰ paucis ſmoibꝫ ſenſu pſtino cō-
pegit. ⁊ invno libro edidit Morit theodoſio
et valentiniano regnantibꝫ

SIagrius ſcripſit de fide ad ¶ Ca. lxv
uerſum preſūptuoſa hereticorum voca
bula q̄ ad ↄſtruēda vel imutāda ſcē tri
nitatis noīa vſurpata ſūt dicentiū prēm nō
debere prēꝫ dici ne in pr̄is noīe filius ↄſonet
ꝫ ingenitū ⁊ infectū ac ſolitariū nūcupandū.
vt quicq̄d extra illū eſt pſona extra illū ſit ⁊
natura. oñdens et prēm qui eiuſdē eſt natuē
poſſe dici ingenitū ⁊ ſcripturā dixiſſe ex ſe ge
nuiſſe in pſona filiū nō feciſſe. ⁊ ex ſe ꝓtuliſſe
ſpūm ſanctū in pſona nō gēuiſſe neqꝫ feciſſe.
Sub hui⁹ ſeagrij noīe ſeptē de fide et regul' fi
dei libros p̄titulatos inueni. ꝫ qꝛ linguā vari
ant nō oēs eius credidi eſſe. ¶ Ca. lxvi.

ISaac p̄ſbr̄ antiochene ecc̄ie ſcripſit
ſiro ſmōe lōgo tp̄e ⁊ multa. p̄cipua
tñ cura adu̓ſū neſtorianos et euticia
nos. Ruinā etiā antiochie lōgo carmīe plāx
it eo auditores ībuēs ſono q̊ efrem diacon⁹
nicomedie lapſū / Morit⁹ leone ⁊ marino reg
nantibus ¶ Capitulū. lxvij.

SAluianus maſſilienſ ecc̄ie preſbit'
hūana et diuina literarū inſtructus.
et vt abſqꝫ inuidia loquar ep̄orum
magiſter ſcripſit ſcolaſtico et aperto ſermōe
multa ex quibus iſta legi. De virginitatis bo
no ad marcellū preſbiteruꝫ libros quatuor tres

Adu(er)ſ(us) auariciā libros q(ua)tuor

De p(rese)nti iudicio libros v. et p(ro) eo(rum) me(r)ito ſatiſfactioīs. ad ſaloniū ep(iscop)m lib(rum) vnū (et) expoſicioīs extreme p(ar)tis libri ex eccl(es)iaſtis ad claudiū ep(iscop)m viēnēſem librū vnū. Ep(isto)la(rum) librū i. et ī moꝛē greco(rum) de p(ri)ncipio geneſis vſq(ue) ad (con)dicōem hoīs cōpoſuit v(er)ſuū q(ua)ſi examerō librū vnū Omelias ep(iscop)is multas Sacr(amen)ēto(rum) vero q(uo)ti nec recoꝛdoꝛ Viuit vſq(ue) hodie in ſenectute bona

Capitulum lxviii.

PAulin(us) (com)poſuit tractat(us) de iūio q(ua)dragesiē de q(ui)bus ego duos legi. de die d(omi)nico paſche. de obediētia. de penitētia. de neophitis.

Ca lxix

HIlarius arelatēſis ep(iscopu)s vir in s(an)c(t)is ſc(ri)pturis doctis pauptatis amator et erga inopū p(ro)uiſionē nō ſolū mētis pietate ſ(ed) et coꝛpis ſui labore ſollicit(us). nā p(ro) reficiēdis paupibus etiā ruſticacōez cōtra vires ſuas hō genē clarus (et) lōge alit(er) educatus exercuit ſ(ed) nec in ſpiritalib(us) neglexit. nā (et) in docēdo grām habuit et abſ(que) pſona(rum) accepciōe oībus caſtigatū opus p(re)dicacōis igeſſit Ingenio vero īmo(r)tali aliq(ua) (et) pua edidit. q(ue) eru dite aīe (et) fragilis ligue īdicio ſūt in q(ui)b(us) p(re)cipue (et) ad multo(rum) vtilitatē nec(essar)io opere vitam s(an)c(t)i honoꝛati deceſſoꝛis ſui (com)poſuit Moritur valētiniano (et) marciano imp(er)ante.

Leo vrb rome eps ſcripſit ad fla Ca. lxx
uianū ↄſtātinopolitane ecc̄ie ep̄m ad-
uerſum euticem preſbiterum qui tunc ambi
tōe ep̄atus nouā hereſim in eccīa moliebat᷑
inducere epl'am in q̄ āmonꝫ eū vt ſi ↄfiteret᷑
errorē· et polliceret᷑ emēdationē reciperet eū
Sināt pfiſterꝫ īcepto cū ſua hēſi dāpnaret᷑
Sil'r docꝫ in ipſa epl'a ꝛ diuinis ↄfirmat teſti
monijs dn̄m nr̄m ihm xp̄m ſic ꝛ prē diuinita
tis filiū ita verꝫ hūane nature eē hoīem crede
dum.i.ex carne v̄ginis carnē extraxiſſe. ꝛ nō
de celo corpꝰ exhibuiſſe ſic euticꝭs aſſerebāt
Morit᷑ leone et marino īpantibꝫ Ca. lxxi.
Mochimus meſopotamiꝰ pſ̄bꝫ apd an
tiochiā ſcripſit aduerſū euticē egregiū
libellū· ꝛ alia ſcribē dꝫ q̄ necdū legi Ca. lxxij
Thymotheus extincto ab alexandri
nis ꝓterio ep̄o tumultuante adhuc
plebe· aut voluit aut paſſus eſt ſe ab
vno ep̄o in locū occiſi ep̄i fieri et ne cōtra fac legē
tus merito abiceret᷑ ad gratiā plebis que ꝓ
teriū exoſum habueāt omēs quibꝫ ille ↄmu
nicauerat neſtorianos eē ꝓnūciat et maculā
ↄſciēcie temeritate abluendā preſumēs ſcrip
ſit ad leonē impatorē libellū valde ſuaſoriū
quē p̄uo ſenſu patrū teſtionijs ītantū roboā
re conatus ē vt ad decipiendū ipatorē ꝛ ſuā

hẽſim ↄſtituẽdā pene leonē vrb rome põtifi-
cem. ⁊ calcidonẽſem ſinodū ac totos occidẽta
les epõs illoꝝ āminiculo neſtorianos oñderꝫ
Sꝫ fauẽte deo a calcidonẽſi cõſilio hoſtis ec-
cleſie coarguit' et ↄfutat'. Viuẽ adhuc i exilio
iā hẽſiarches dicit' et hẽtur Huc ipſū libellū
noſcẽdi grā ego rogat⁹ a fribꝫ in latinū trāſ-
tuli ⁊ cauẽdū ꝑtitulaui Ca lxxiij.

Aſclepius afer in vagẽſi tritorio vici nõ
grādis epus. ſcꝑſit adūſū arrianos ⁊
mõ adūſū donatiſtas ſcribẽ dicit' In docẽdo
aūt ex ꝑte grādi opinione celebrat'. Ca lxxiiij.

Petr⁹ ediſſene ecclie ꝑſbit. declamator
iſignis. ſcꝑſit variaꝝ cauſaꝝ tractatus
et in morẽ ſci efrem diaconi pſalmos metro
cõpoſuit Ca lxxv.

Paul⁹ preſbit nacõne vt ex dcīs eius
cognoui pānoni⁹. ſcꝑſit de v̓ginitate ſeruā-
da. ⁊ ↄtẽptu mūdi ac vite īſtitucõe. vel i mo-
rū correctiõe mediocri ſermone. ꝫ dino codi
tos ſale libros duos ad ꝑſonā cuiuſdā nobi
lis ⁊ xp̄o dicate v̓ginis ↄſtātie noīe. in q̄bus
memīt iouiniani hẽtici ⁊ voluptatū ac libidi
nū ꝑdicatoris. cui i tm̄ ↄtinẽtis vite ⁊ caſte in
ſtitucõ ↄtria fuit vt īnt luxurioſas epulas aīe
ꝑreputaẽt btītudinē Ca lxxvi

Paſtor ep⁹ ↄpoſuit libellū i mod' ſimboli

puāꝫ· totā pene ecclāsticā crudulitatē p ſynas
ↄtinētē·in q̄ int ceteras diſſēſiōm puitates· q̄s
p̄tmiſſas auctoꝝ vōbulꝭ anathematiſat. p̄ſcil
lianos cū ipſo auctore noīe dāpnat ℂ lxxvij
Victor cartēne mauritanīe ciuitatis eps.
ſcripſit adūſū arrianos libꝝ vnū. et
de pnīa libꝝ vnū·in q̄ et regulā viuē
di penitētibꝫ·iuxta ſcripturaꝝ auctoritatē in
ſtituit Ad baſiliū q̄ndā ſup morte filij ↄſola
toriū libꝝ ſpe ꝛ̄ſurrexiōis pfcā īſtructōe mu
nitū·Omelias etiā ↄpoſuit mltas q̄s a frībꝫ
ſalutis ꝓprie ſollicitis·in libris digeſtas ſua
ℂ Ca·lxxviij ri ↄgnoui
Voconiꝰ caſtelliane mauritanīe oppidi
eps·ſcripſit adūſus ecce inimicos ↄ iu
deos et arrianos et alios hēticos. Cōpoſuit
etiā ſacroꝝ egregiū volumen· ℂ Ca·lxxix·
Muſſeꝰ maſſilienſ ecce pſbr·vir in diuinis
ſcpturis doctꝰ et in earū ſenſibꝫ ſubtiliſ
ſima q̄dā exercitacōe ībutus·ligua q̄ꝫ ſcolaſ
ticus· hortatu ſcī venerij epi excerpſit de ſcīs
ſcp̄tuis lectōes totiꝰ āni feſtiuis diebꝫ aptas
rnſoria etiā pſalmoꝝ capitla tpibꝫ ꝛ lcōibꝫ
ↄgruētia. Qd opꝰ tā necāriū in eccīa a lecto
ribꝫ ꝓbatꝰ·vt expetitū ꝛ ſollicitudinē tollat ꝛ
morā·plebiq̄ꝫ īgeāt ſciāꝫ celebritati decorē·ſꝫ
ꝛ ad pſonā ſcī euſtaſij epi ſucceſſoris ſup dcī

hoīs dei· ꝯpoſuit ſacmētoꝝ egregiū nō puū
volumē· p mēbra quidē oportunitate officioꝝ
ꝛ tēpoꝝ ꝓ lectionū textu· pſalmorūqꝫ ſerie ꝛ
cātionū diſtretū· ſꝫ ſupplicādi deo ꝛ cōteſtādi
bñficioꝝ ei⁹. ſoliditatis ſue cōſentaneū· Quo
ope ḡuiſſimi ſenſus ꝛ caſtigate eloquēcie ag
nouim⁹ viꝝ· Omelias etiā dr̄ declamaſſe· q̄s
ꝛ haberi a fidelibꝫ viris cognoui· ſꝫ ego nō le
gi. Morit leone ꝛ marciano regnātibus

Vincētius p̄ſbit nacōne ca lxxx·
gallus· īdīnis ſcpturis exercitat⁹. lin
guā habēs vſu loquēdi et maiori lectioē po-
litā. cōmētatus eſt in pſalmos Cui⁹ opis le-
gi aliqua homī dei cānate me audiēte ꝓmit
tēs ſimul ſi dn̄s vitā ꝛ vires daret. ſe in totū
pſalteriū eodē ſtudio laboratuꝝ ca lxxxi.

Syrus genē alexādrin⁹ arte medic⁹ ex
philoſopho mōchus· vir dicēdi pit⁹
ſcripſit adūſus neſtorē prius elegant ꝛ forti
ter· mō aūt dū in illo minus īuenitur ꝛ ſilo-
giſmis magiſq̄ ſcripturis agit. timothianū
dogma fouē cepit. Demiqꝫ ābiguus etiā ſui·
ſuſpēdit aīmū a ꝯſenſu calcidonēſ decreti· nec
acq̄eſcendū putat filiū dei duabꝫ poſt incar
nacionē cōſtare naturis

Samuel ediſſene ecc̄ie p̄ſbit ca lxxxij
multa adūſū ecc̄ie īmicos ſiro ſmone

conſtruere dicit̄. ꝑcipua tn̄ intencõe ↄtra neſ
torianos ⁊ euticianos ⁊ timothianos. nouel
los ſꝫ ſibi diuerſos hereticos. Vn̄ ⁊ freq̄nter
triformē beſtiā eccñaſtica inſimul ſentētia cū
auctoritate ſcãrum ſcripturaꝝ ſūmatiqꝫ ferit.
oſtendēs neſtorianis deū in hoīe nō purum
hoīem ex virgine natū euticianis veram hūa
ni generis carnē a deo aſſumptā. ⁊ non de ce
lo exhibitā nec craſſi aeris ſubſtantiā in car
nem inceſſiſſe formatā timothianis ita carnē
verbū factum vt manēte verbo in ſua ſubſtā
tia et hoīe in ſua natura. ſocietate non ↄmix-
tione vnam filij dei reddidiſſe pſonā Viuere
apd̾ ↄſtantinopoli dr̄. nā initio collati ante-
mio iperij ⁊ ſcp̄ta eſt ⁊ eē eū in carne ↄgnoui

Claudius vienenſ eccē pſbit̄ Clxxxiij
vir ad loq̄ndū artifex. ⁊ ad diſputā-
dū ſubtil̄. ↄpoſuit tres q̄ſi de ſtatu vl
ſbā aīe libros. in q̄bꝫ agit ītencõe tota. q̄tinꝰ
oñdat aliq̄d eē icorporeū p̄ter deū Clxxxiiij

Proſper hō aq̄tanie regionis ſmõe
ſcolaſticus ⁊ aſſercõibꝫ neruoſus mł
ta cõpoſuiſſe dr̄. Ex q̄bꝫ ego cronica
noīe illius p̄titulata legi ↄtinētia a p̄mi hoīs
ↄditione iuxta dīnaꝝ ſcripturaꝝ fidē vſqꝫ ad
obitū valentiniani auguſti et captiuitatē vr
bis rome a genſerico wandalorū rege factā

al. vbosus

Legi ⁊ libꝝ adu̍ſus opuſcula ſub pſona caſ-
ſiani q̄ eccl̄ia dei ſalutaia ꝓbat ille īfamat no
cua Sunt em̄ vera caſſiani ⁊ ꝓſperi de grā dei ⁊
libero arbitrio ſentētie in aliq̄bus ſibi ꝯtraie
inueniūtur Epiſtole q̄ꝫ pape leonis adu̍ſus
euticē de vera xp̄i incarnacōe ad diu̍ſos date
et ab ipſo dictate dicūtur Ca lxxxv.

Fauſtus ex abbate lirinēſis mōſterij.
apud regiū gallie ep̄s fact⁹. vir in di
nis ſcp̄turis ſatis ītentus ex tradicōe ſimboli
occaſioē accepta ꝯpoſuit librū de ſpū ſancto
in q̄ oñdit eū iuxta fidē pr̄m et cōſubſtātialē
et coetnū eſſe prī ⁊ filio. ac plenitudinē trini
tatis optinētem. Edidit q̄ꝫ opus egregiū de
grā dei q̄ ſaluamur. īquo ope docet grām dei
ſemp ⁊ īuitaē et p̄cedere ⁊ adiuuaē volūtatē
noſtrā et q̄dq̄d ipſa libtas arbitrij ꝓ labore
p̄ie mercedis acq̄ſierit nō eſſe ꝓpriū meritū
ſed grē donū Legi ei⁹ ⁊ adu̍ſū arianos ⁊ ma
cedonianos puū libellū inq̄ coeſſencialē p̄di-
cat trinitatē et aliū adu̍ſū eos q̄ dicūt eſſe in
creaturis aliq̄d incorporeū in q̄ ⁊ d̄inis teſti
monijs ⁊ patꝝ ꝯfirmat ſentēcijs nihil credē
dū incorpeū p̄ter deū Eſt ⁊ eius ep̄la in mo
dū libelli ad diaconū quēdā gratū noīe edita
qui a fide catholica diſcedēs ad neſtorianam
abijt īpietatē In q̄ ep̄la monet eū credē ſcāꝫ

mariā v̓gīnē nō purū hoīem genuiſſe q̄ poſ-
tea d̓initatē ſuſcipēt. ſ; deū veꝝ in hoīne vero
Sūt vero eius ⁊ alia ſcripta q̄ q₂ nondū legi
noīare nolui. Viua tñ voce egregius doctor
⁊ credidit et ꝓbat. Scp̄ſit tñ poſtea ⁊ ad feli
cē p̄fectū p̄torie ⁊ patricie dignitatis viꝝ fili
um magni cōſulis iā religioſū ep̄laꝫ ad timo
rem dn̄i hortatoriā capitulū lxxxvi.

Ceſarius arelatēſis vrb. ep̄s. vir ſcītate
et virtutib; celeber ſcripſit egregia et
grata et valde mōchis nccāria opuſcula. De
grā q̄ꝫ ⁊ libero arbitrio edidit teſtimoīa ſcāꝝ
ſcp̄turaꝝ d̓inaꝝ. ⁊ ſcōꝝ patrū īdicijs munita
vbi docet nihil hōīē de ꝓprio aliq̄d boni agē
poſſe. niſi eū d̓ina grā p̄ueneit. Qd̓ op⁹ etiā
papa felix p ſuā epiſtolā roborauit. ⁊ in lati-
nis ꝓmulgauit. Floruit hic eo tp̄e q̄ ⁊ fauſt⁹
anaſtacio rem publicā regente ca lxxxvij.

Seruus dei ep̄s ſcp̄ſit adu̓ſus eos q̄ di-
cūt xp̄m ī hac vita degentē nō vidiſſe
carneis oculis patrē. ſ; poſt reſurrexionē ex
mortuis et aſcēſionē in celis cū trāſlatus ē in
gloriā dei patris ꝑfectus ſcꝫ ei dātes in remu
neracionē martirij. In q̄ ſcp̄tura oñdit ⁊ diſ-
putacione ſana ⁊ ſcāꝝ ſcp̄turaꝝ teſtimonijs.
dn̄m ihm ab ipō ꝯceptu ei⁹ p ſpm̄ ſcm̄ facto
⁊ ptu ex v̓gine. q deus ver⁹ in hoīe vero ipſe

quoqȝ hō de⁹ fcūs natus eſt ſemꝑ carnis ſue
caule ⁊ prēȝvidiſſe ⁊ ſpūm ſcm̄ ꝑ ſpēalē ⁊vni
tam dei et hoīs ſocietatē Ca·lxxxviij

Victori⁹ natiōe aq̄tanicus calculatoꝛ
ſtudioſiſſim⁹ inuitatus a ſcō hilario
vrb̄ rome epō ꝯpoſuit paſchalē cir
ſum idagacōe cautiſſima p⁹ q̄tuoꝛ ꝓores q̄ cō
poſuerūt.i.ypolitum euſebiū theophilū ⁊ꝓ
ſperū·et ptēdit ānoꝝ ſeriē vſqȝ ad annū dm̄
MXXXij. Anno reīcipiat paſchal̄ ſolēpni
tas eo dē mēſe et die eadēqȝ luna q̄ ꝑmū paſ
ſio ac reſurrexio dñica fcā eſt ca.lxxxix·

Theodoric⁹ cirie cītatis eps·a ciro ei
rege pſaꝝ ꝯdita ꝑuat hodieqȝ apd̄
ciriā nomē auctoīs ſcripſiſſe dᷣ mlta
Ad meā tn̄ noticiā iſta ſūt q̄venerūt De icar
nacōne dn̄i adu̇ſū euticē pr̄ſbiteꝝ ⁊ dyoſcoꝝ
alexandrie epm̄ q̄ hūanā in xpo carnē fuiſſe
negāt· ſcp̄ta foꝛtia ꝑ q̄ ꝯfirmat ⁊ rōe ⁊ teſti
monijs ſcriptuāꝝ·ita illū mr̄ne vē ſbe carnē
habuiſſe quā ex mr̄ēv̄gine aſſūpſit.ſic̄ ⁊ verā
deitatem quā eternā naſcibilitatē deo patre
gignente ipſe naſcēdo accepit· Sūt ⁊ duode
cim eius hyſtorie eccl̄iaſtice libri· quos imi-
tatus euſebium ceſarienſem cōſcripſit incipi
ens a fine libroꝛum euſebij vſqȝ ad ſuū tem
pus id eſt a vicinalibꝫ ꝯſtātini maioris vſqȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad iperiū leonis ſeniōis ſub q̄ et mortu⁹ eſt

capitulū xc.

GEnnadius ↄſtātinopolitane eccīe eps vir lingua nitidus et igenio acer tā diues ex lectione ātiq̄ꝝ fuit vt danielē pphetā exitegro adūbū ↄmētat⁹ exponēt. Omelias etiā multas ↄpoſuit. Moritur leone ſeniore impiū tenente

Ca xci.

Theodolus pſbit in celeſiria multa cō ſcribē dicit᷑ ſ3 ad me lib ei⁹ puenit quē de ↄſonātia dīne ſcpture ↄpoſuit. id ē veteis ⁊ noui teſtamēti adūſū ātiqs hēticos. q̄ ppt differētiā pceptoꝝ ⁊ cerimoiaꝝ aliū veteis teſtamti deū dixerīt aliū noui In q̄ oñdit diſpēſacōis fuiſſe vni⁹ eiuſdēq3 dei auctoris vtu3 ſcptuē vt alia p moyſen ātiqs daret᷑ lex i ſacrificioꝝ cerimonijs ⁊ iudicioꝝ aīadūſiolb⁹. alia nob p xpi pñtiā i ſacs miſterijs ⁊ futuis re ↄmiſſioib⁹. nec diūſa credi debē. q̄ ñ vno ſpū q̄ vno auctore dictata. cū illa lex q̄ ſi mō ſbm litterā obſeruet᷑ occidet. eadēq3 ipa ſbm ſpitalē intellectū viuificat Morit᷑ hec ſcptor regnante ſenone.

Ca xcij

SIdoni⁹ aruēnorū epūs ſcripſit varia et grata opuſcula et ſane doctrine. homo ſiquidē tam dīnis q̄ humanis ad integrū ibutus. acerq3 ingenio



58

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcpſit ad diūſos diūſo metro vł pſa vſu ↄpo
ſitū epłaꝝ īſigne volumē·ī q̄ q̄d ī lrīs poſſit oñ
dit Verū in xpiana vigore pollēs. ec̄ int bar
bare ferocitatis duriciā q̄ eo tp̄e gallos oppſ
ſerat·catholicus pr̄ ⁊ doctor hēt in ſigs Flo
ruit ea tēpeſtate q̄ ⁊ ſe non rōmis impabat·

Capitulū xcix.

IObes ātiochene prochie ex ḡmati
co p̄ſbr̄·ſcpſit adūſū eos q̄ in vna tā
tū ſba adorām aſſerūt xp̄m· nec acq̄
eſcūt duas in xpō ↄfitēdas natuās·docēs ſm
relacōez ſcptuāꝝ vnā in illo dei ⁊ hoīs pſonā
eē·nō vnā carnis ⁊ vbi naturā Sił ⁊ īpugt a
liq̄s cirilli alexādrini ep̄i ſn̄ias. dicēs icaute
ad illū adūſū neſtorē plataꝝ·q̄ fomentū ⁊ ro
bur addūt thimothianis·quod valde inani
ter dicit Viuere adhuc dicitur ⁊ ex tēpore de
clamare. Capitulum·xciiij·

GElaſius vrb rome ep̄us ſcripſit adū
ſū eutiacū ⁊ neſtorē grāde ⁊ p̄claꝝ vo
lumē·⁊ tractat' diūſaꝝ ſcptuāꝝ ⁊ ſacrō
rum.de limato ſmōe. ⁊ adūſus petꝝ ⁊ acha
ium ſcripſit epłas·q̄ hodie in ecc̄ā catholica
tenēt Fecit ⁊ ẏnos ī ſiſitudinē ābroſij ep̄i me
te q̊s ego legi. Obijt ſub anaſtaſio auguſto

HOnoratus ↄſtātine affri: Ca.xcv
ce c̄ītatis ep̄s·ſcpſit ad archadiū q̄n
dā q̄p ↄfeſſiōe fidi catholice in ptib⁊

africe. a gēſerico rege miſſus exulabat epłaȝ ad labores ꝓ xp̄o ferēdos hortatoriā· ⁊ exemplis p̄ſentibꝫ ⁊ ſcp̄turaꝝ relacōnibꝫ roboratā ⁊ qꝫ cōfeſſionis fidei pſeuerātia· nō ſolū p̄terita purget pctā· ſꝫ ⁊ meritū ꝓcuret martirij.

Cerealis ep̄s nacione Ca. xcvi.
afer īterogat⁹ a maximino arrianoꝝ ep̄o ſi poſſet vel paucis diuine ſcp̄ture teſtimonijs abſqꝫ diſputacōis dūtaxat aſſercōe fidē catholicā aſſignaē· Quā ī noīe dm̄ ſuffragāte ſibi veritate nō paucis teſtionijs ſic maximin⁹ irridēs pcierat. ſꝫ copioſis tā veteis teſtamēti q̄ꝫ noui indicijs approbauit et libello edidit.

Ca. xcvii.
Eugenius cartagis africe ciuitatis ep̄s et ꝯfeſſor publicus· āmonit⁹ ab vnirico rege wādaloꝝ catholice fidei expoſicōeȝ. ⁊ maxie ſbi omiſu vel omeuſyō ꝓprietatē diſſerē cū ꝯſenſu oīm africe· mauritaīe et ſardinie atqꝫ corſie ep̄oꝝ et cōfeſſoꝝ· q̄ in catholica pmāſerūt fide· cōpoſuit librū fidei· nō ſolū ſcāꝝ ſcp̄turaꝝ ſentēcijs. ſꝫ vt patrū teſtimonijs ꝯmunitū· et p collegas cōfeſſiōis ſue porrexit aſportādū. etiā ꝓ fidelis ligue remuneracōe in exiliū epłas velut ꝯmoītoia fidei ⁊ vni⁹ ſacri ⁊ ꝯſuādi baptiſmatis ouibꝫ ſuis· q̄ſi paſtor ſollicit⁹ ꝺeliq̄t Altercacōes q̄ꝫ q̄s cū arrianoꝝ

preſulibꝫ ꝑ internūcios hūit ↄſcṗſit· ⁊ relegā
das ꝑ maiorē domꝰ hunericū trāſmiſit· Edit̄
⁊ p̄ces ꝓ q̄ete xpianoꝝ· eiꝰ velut apologias
obtulit· Viuere adhuc ad ↄfirmacōnem ec-
cleſie dicitur Capitulū· xcviij.

POmerius nacōem maurꝰ. in gallia p̄ſbr
ordīatꝰ· interrogātibꝫ ⁊ rogātibꝫ iuliano
epō ⁊ v̄o p̄ſbrō. dialogoꝝ more rñdens arte
dialetica· ⁊ ſ̄mōe igeio apto ↄpoſuit d̄ natuᷓ
aīe ⁊ q̄litate eiꝰ. ⁊ de reſurr̄ctōe ſpēalitate eiꝰ
ī hac vita fideliū ex gn̄ali oīm hoīꝫ libros viij.
q̄ꝝ p̄mꝰ ↄtinet· q̄d ſit aīa vl' q̄lr ad imaginē dī
credatᷣ fcā· Scdꝰ vtꝝ aīa corpea an icorpea
dēat credi Terciꝰ vn̄ ſit aīa p̄mi hoīs fcā Qr̄
tus vtꝝ aīa q̄ naſcituro corpi īfundēda ē no-
ua fiat ⁊ ſine pecc̄o. an ex ſba p̄mi hoīs aīe.
velut ꝓpago de radice ꝓducta. etiā pctm̄ p̄me
aīe ſecū origenalr trahat· Quintus recapitu
lationū libri quatuor· diſputacōis· et q̄ ſit fa
cultas aīe idē poſſibilitas· ⁊ q̄ eam ex vna ⁊
ſincera volūtate obtineat Sextus vn̄ ſit iux-
ta apli dcm aduerſitas carnis et ſpūs Septi
mus de differētia vitarū. mortiū· reſurrexio
num carnis ⁊ aīe Octauus de hijs q̄ ſub fine
mūdi futura p̄dicata ſūt Abſolucōnes q̄ſtio
nū q̄ de reſurrexione proponi ſolēt. Memini
legiſſe me oli eꝰ dcātū ad q̄ndā noīe p̄ncipiū

de cõtēptu mūdi ac rerū trāſitoriaꝝ hortato
riū. et aliū de vicijs ⁊ v̓tutibꝰ ꝑtitulatū Scrip-
ſiſſe ⁊ alia dicit̄ et adhuc ſcribē. q̄ ad meā no
ticiā nō venerūt Uunt vſqꝫ hodie cōuſacioē
deo digna apta ꝓfeſſione ⁊ gradu Ca. xcix.

Ego gēnadius maſſilie p̄ſbit ſcp̄ſi adū
ſus oēs hēſes libroꝝ viij. ⁊ adūſus neſ
torē libros ſex. et adūſus euticē libros. xi. et
aduerſus pelagiū. li. tres. ⁊ tractatꝰ de mille
ānis de apokalipſi btī iohānis. ⁊ hoc opus
⁊ ep̄laꝫ de fide mea miſi ad beatū gelaſiū vr-
bis rome ep̄m

Explicit lib gēnadij p̄ſbiteri hiſpalēſis.

Incipiūt capitula libri yſidori hyſpalēſ ep̄i


Oſius ep̄us cordubenſis i
Itacius hiſpaniaꝝ ep̄us ij.
Siricius papa iij.
Paulinus p̄ſbiter iiij.
Proba vxor adelfi v.
Iohānes cōſtātinopolitanꝰ ep̄us vi.
Sedulius preſbiter vij.
Poſſidius affricanus epiſcopus viij.
Primaſius affricanꝰ epiſcopus ix.
Proterius alexādrinus ep̄us x.
Paſcaſinꝰ ſiciliēſis epiſcopus xi.
Iulianus pomerius xij.




60

| | |
|---|---|
| Eugipius abbas. | xiij. |
| Fulgētius Ruſpenſ eps. | xiiij. |
| Eucherius epiſcopus | xv |
| Hilarius arelatēſis epūs | xvi. |
| Apringius pacenſ epūs | xvij. |
| Iuſtinianus impator | xviij. |
| Fecundꝰ ermianenſis epūs | xix. |
| Iuſtinianus valentie epūs | xx. |
| Iuſtus orgellitanꝰ epūs | xxi. |
| Martinus dumienſ epūs | xxij. |
| Auitus epiſcopus | xxiij. |
| Draconcius epūs | xxiiij. |
| Victor tumuenſis epūs | xxv |
| Iohānes ꝯſtātinopolitanꝰ epūs | xxvi. |
| Gregorius papa | xxvij. |
| Leander yſpalēſis epūs. | xxviij. |
| Licinianus cartaginēſis epūs | xxix. |
| Seuerus malacitanꝰ epūs | xxx. |
| Iohānes garudēſis epūs | xxxi. |
| Eutropius valentinꝰ epiſcopꝰ | xxxij |
| Maximꝰ ceſar auguſtanꝰ epūs | xxxiij. |


Explicīūt capitula.

De viris illuſtribus

Incipit liber beati Yſidori epiſcopi

Oſius cordubẽſis ciuitatis ep̄s
ſcripſit ad ſororẽ ſuã de lau-
de v̓ginitatis ep̄laꝫ pulchro
ac diſerto comptã eloquio.
In ſardicẽſi etiã ꝯſilio q̄ pli-
mas ip̄e edidit ſñas Hic ãt
poſt lõgũ ſeniũ vetuſtas acceſſitus a ꝯſtãtio
p̄ncipe miniſqꝫ ꝑterritus. metuens ne ſenex ⁊
diues dãpna reꝝ vel exiliũ pateret᷑. illico ar
riane ĩpietati ꝯſenſit. Cuiuſquidẽ vitã vt me
ruit ꝯfeſtim exitus crudel᷑ finiuit Nã poſt im
piã vt ait q̃dã oſij p̄uaricacõem. dũ ſcũs gre
gorius eliberritan⁹ ep̄s in cordubẽſem vrbẽ
iuxta ĩpiale decretũ fuiſſꝫ adductus. ac mini
me vellet illi cõĩcare. ꝯmotus oſius d̓t clemẽ
tino ꝯſtãtij prefecto vicario. vt mitteꝫ eũ in
exiliũ. At ille nõ audeo inquit ep̄m in exiliũ
mittẽ. niſi p̓us eũ ab ep̄õpatu eieceris. Vt aũt
vidit ſcũs gregori⁹ ꝙ vellet dare oſius ſñaꝫ.
appellat xp̄m totis fidei ſue viſceribꝫ exclamãs
Xp̄e de⁹ q̃ venturus es iudicarẽ viuos ⁊ mor
tuos. nõ paciaris hodie hũanã proferri ſen
tentiã adũſus me minimũ ſeruũ tuum. qui ꝓ
fide nois tui vt reus aſſiſtẽs ſpectaculũ fc̃us
ſũ. ſꝫ tuipſe q̄ſo in cauſa tua hodie iudica ip̄e
ſentẽtiam tuam preferre dignare ꝑ vlcionẽ.

bi

Non ego q̄ſi metuēs de exilio fugē cupio·cū mihi ꝓ tuo noīe nullū ſuppliciū graue ſit·vt multi p̄uaricatoris errore liberētur cū p̄ñte viderit vlcionē His dixit ecce repēte oſius reſidens faſtu q̄ſi ēgalis īperij·cū ſentētiā co naret exprimē os vertit diſtorquēs pie ⁊ cer uicē.ac deſeſſu ī terrā elidit atꝫ illico exſpira uit· Tunc āmirātibꝰ cūctis etiā clemētinꝰ ille gētilis expauit·et licet eſſꝫ iudex.tñ timēs ne in ſe ſiſe ſuppliciū vīdicaret·pſtrauit ſe ad pe des ſcī viri obſecrās·vt ſibi parceret q̄ in eū di ne legis ignorācōe peccaſſꝫ·⁊ nō tā ꝓprio ar bitrio q̄ꝫ mādati īperio. Inde ē q̄ ſolꝰ grego rius ex nuero vīdicātiū itegrā fidē.nec ī fugā verſus ē nec paſſus eſt exiliū·vnuſquiſqꝫ em̄ timuit de illo vlterius iudicare ca ij·

Itacius hiſpaniaꝝ ep̄us cognomēto ⁊ eloq̄o clarus ſcripſit quedā librū ſub apolegetici ſpecie·in q̄ deteſtāda priſcilliani dogmata et maleficiorū eiꝰ artes.libidinūqꝫ eiꝰ ꝓbra demōſtrat.oſtēdens marcū quedā mē phiticū maie ſciētiſſimū diſcipulū fuiſſe ma nis ⁊ p̄ſcilliaī mgr̄m· Hic aūt cū vrſacio ep̄o ob necē eiuſdē priſcilliaī cuiꝰ accuſatoēs exti terāt·ecc̄ie ꝯmunione p̄uatus exilio ꝯdēpna tur.ibiqꝫ die vltimo fungitur theodoſio ma iore et valētiniano regnātibus.

Siricius clariſſim⁹ pontifex ꝛ ¶ Ca·iij·
romane ſedis antiſtes ſcripſit decreta-
le opuſculū directū ad eumeriū tracōnēſem
epm in q̄ int̄ alias ecc̄laſticas diſciplinaſ cō-
ſtituit hēticoꝝ baptiſma neq̄q̄m ab ecc̄la re-
ſcidendū. Reperim⁹ ꝛ aliā ei⁹ epl̄az ad diu̇
ſos epōs miſſaz. in q̄ ɔdēpnat iouinianū hēti
cū. atqȝ auxēciū· cetoſqȝ eoꝝ ſeq̄ces. Prefuit
rome ānos xiiij. obijtqȝ ſb̄ theodoſio ꝛ valē
tiniano imperatoribꝰ ¶ Ca. iiij·
Paulin⁹ preſbr̄ explicauit in bn̄dcōnibꝰ
pr̄iarchaꝝ tp̄hici ītelligētie genē libellū
ſatis ſuccinta breuitate ɔpoſitū Idē etiā pete
te auguſtīo ɔſcp̄ſit ābroſij vitā· ſigȝs florētez
atqȝ doctrinis· ꝛ meritis apl̄oꝝ nō īparē Siq̄
dē ꝛ ɔſtāti⁹ eps germani vitā ɔtexuit· obitū
qȝ paulini oramius edidit· ¶ Ca. v.
Proba vxor adelfi pcōſul̄ feīa· int̄ viros
ecc̄laſticos idcō poſita· ſola p eo q̄d in
laude xp̄i v̇ſata ē. ɔponēſ cētonē de xp̄ō v̇gial̄ vigilianus
coaptatū v̇ſicul̄ Cui⁹ q̄dē nō miramur ſtudiū
ſʒ laudam⁹ ingeniū Qd̄ tn̄ opuſculū legit̄ in
ter ypocrifas ſcripturas inſertū ¶ Ca·vi
Iohēſ ſcīſſi⁹ ɔſtātiopolitāe ecc̄e ſed̄ epſ ɔgno
mē° cſoſtō⁹ c⁹ orō ꝛ plimā cord̄ ɔpūctōez ꝛ
mḡm ſuaui loq̄ntiā t̄buit· ɔdidit iſte ḡco elo
q̄o mlta ꝛ p̄clā opuſcl̄a· eq̄bꝰ vtit̄ ltinitaſ ei⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duos de lapſis libelloꝝ ſcꝑtos ad quēdā the
odoꝝ lamētis ⁊ exhortacōībꝰ plenos. vt puta
ta illū a bona ꝯuſacōe deiectū. ⁊ q̄ mōchi vi
tā cū eo in vno eodēq̄ mōſteio excuerat. ideo
cōuerſationis ibi facte. eū in libris ipſ āmo-
nuit. ꝓuocās eū ad ꝓpoſitū atq̄ oñdēs. nulli
pctōri vel īpio ſi ad penitētia redeat deſperā-
dū. Legimꝰ etiā eiuſdē librū aliū cuiꝰ ꝑnota-
cio ē. nemīnē poſſe ledi ab alio n̄ a ſemetipō
Ad pſonā q̄ꝫ cuiuſdā nobiliſſiē mrōne gre-
gorie. repperit͛ opꝰ eiꝰ īſigne de ꝯuſacōe vite
⁊ īſtitucōe moꝝ ſiū de ꝯpūctōe v̄tutū ac vicioꝝ
Eſt ecē ⁊ aliꝰ lib eiuſdē apd̄ latīoꝝ de ꝯpūctōe
cordis. Altēq̄ ſcꝑtꝰ ad qñdā eutropiū. cū pa
lacō pulſꝰ ad altare ꝯfugiſſ. Alios ꝑtēa cō
poſuit diūſosq̄ tractatꝰ q̄s enuērare plōgū ē
Cuiꝰ q̄dē ſtudij et ſi nō oīa. tñ q̄ꝫ pluīma elo
qñcie eiꝰ fluēta de greco in latinū ſmonē trāſ
lata ſūt Hic aūt tertio decīo āno epātus ſui
diſcordia theophili alexādrini epi oppſſus
fauētes epī nō ſine archadio īpatore dāpna
uerūt eū innocētē atq̄ ab epiſcopatu deiec-
tū ponto in exiliū retruſerūt Ca. vij.

Seduliꝰ ꝑſbit͛ edidit tres libroꝝ dattili
co heroico metro cōpoſitos. q̄ꝝ ꝑmꝰ.
ſig͛ ⁊ v̄tutes veteis teſtamti potētiſſiē r̄ſonat.
reliq̄ geſtoꝝ xp̄i ſacmēta ꝉ miracula intonāt.

POſſidi⁹ affricane ꝓuície ep̄s. ſti  viij.
lo ꝓſcut⁹ ē vitã ſcī auguſtini Cui⁹ etiã
opis ſbiecit idiculū ſcꝑtoꝝ ei⁹ enūerãs q̄nta
idē btiſſim⁹ doctoꝛ ſcripſcit. vbi pluſq̄ꝫ q̄dꝛi
gētoꝝ voluīna ſupputāt. omeliaꝝ vͦo ⁊ epſaꝝ
q̄ſtionū qꝫ īfinit⁹ mod⁹ fit vt pene vix p̄t q̄ſ
q̄m articlo ſuo aliena tāta ſcribē q̄nta ille ꝓ
ꝓo laboē ꝯpoſuit. Capitulū. ix.

PRimaſi⁹ affrican⁹ ep̄s ꝯpoſuit ſmone
ſcolaſtico d' hēſibꝫ tres libros dircōs ad foꝛ
tūatū ep̄m explicãs in eis qd' oli btiſſim⁹ au
guſtin⁹ in libͦ hēſeoꝝ ipſcm moꝛte intueniē
te ꝛliq̄rat in pͦ oñdēs q̄d hēticū faciat. i ſcd'o
et tercō digerēs q̄d hēticū demōſtret C. x.

PRoteri⁹ alexãdꝛine antiſte⁹ ecc̄e ſcꝑ
ſit epl'as ad leonē romāe ſedis ep̄m
de feſtiuitate paſchali. Hūc āt leoīs
auguſti tēpibꝫ dioſcoꝛi hētici ſucceſſoꝛes au
ctoꝛe thimotheo ſedicōe fcā. crudeliſſime pe
merūt. ipſūqꝫ timotheū ſibi ꝓ alexandꝛino
episcopū ſtatuerūt.  Ca. xi.

PAſcaſin⁹ ſicilieſ ep̄s edidit vnã paſcha
lē eplaꝫ ad leonē ſup̄dcm papã directã. in q̄
refert paſchal' miſterij miaculū hijs verbis.
Eſt inq̄t poſſeſſio q̄ appellat' meltinas in mō
tibꝫ arduis dēſiſſimis ꝯſtituta. illic ꝑ pua at
qꝫ vili ope coſtructa ē ecc̄a. In cuius babtiſ
terio nocte ſacro ſancta paſchali baptiſandi

hora cū nullus canalꝰ ſit vel fiſtula. nec aqua
oīno vicina fons ex ſe repletꝰ paucis q̄ affue
rint cōſecratis cū deductoriū nullū ſit vt vene
rat aqua ex ſe deſcēdit ¶ Claruit ſub theodoſio
iuniore archadij imꝑatoris filio ¶ ca xij

Iulianꝰ q̄dā cognomēto pomeriꝰ octo
libros de aīe natura in dyalogi more
cōſcꝑſit. quoꝝ ꝑmꝰ cōtinet q̄d ſit aīa vel q̄lit
credatꝰ ad dei imaginē facta In ſcd̄o loq̄tur
vtrū aīa corꝑea an icorꝑea ſit In tcīo diſſe
rit ꝑmo hoīni vn̄ ſit aīa facta In q̄rto vtrū
noua aīa ſine pcc̄o fiat. ac pctm̄ ꝑmi hoīnis
ex illo ꝑpagata origenalit trahat. In q̄nto
deſcribit q̄ ſit facultas aīe In ſexto eloq̄tꝰ vn̄
ſit ea diſcordia q̄ carni ſpūs vel caro ſpūi ad
uerſatꝰ In ſeptimo aūt deſcribit de differētia
vitaꝝ ac mortiū ꝑ reſurrectiōe. carnis ⁊ aīe ſi
ue de morte carnis ac de eiꝰ ꝛ̄ſurrectōe In oc
tauo loq̄tꝰ de hijs q̄ i fine mūdi futurā ſt ꝑ de q̄ſtiō
oībꝫ q̄ ſolent de reſurrectiōe ꝑponi. ſiue de fi
nibꝫ bonoꝝ atꝫ maloꝝ. Hic tn̄ i ſcd̄o eiuſdē
opis libro taulliani erroribꝫ cōſenciēs aīam
eſſe corꝑeā dixit q̄buſdā hoc fallacibꝫ argu
mētis aſtruē ꝯtendēs ¶ Edidit etiā vnū librū
de virginibꝫ inſtituēdis. alios q̄ȝ tres de futu
re vite ꝯtēplacōne vel actuali ꝯūſatione nec
nō etiā de vicijs atꝫ v̄tutibꝫ ¶ ca xiij

Eugipi⁹ abbas ad q̄ndā diaconū li C.xiij
bellū de vita ſcī mōchi ſeuerini trāſmiſſū
vrbani ſtilo ꝯpoſuit Scᵉpſit et r̄egulā mōchis ꝯſi
ſtētib⁹ i mōſterio ſcī ſeuerini quā eiſdē moriēs
q̄ſi teſtamētario iure reliq̄t Claruit p⁹ ꝯſulatū
iportuni iunioris anaſtaſio iꝑatore regnāte.

Fulgēti⁹ afer ecc̄ie ruſpenſis ep̄s C.xiiij
in ꝯfeſſiōe fidei clar⁹ in ſcripturis diuinis
copioſiſſime eruditus. in loquēdo q̄z dulcis
in docēᵒ ac diſſerēdo ſubtil. ſcᵉpſit mlta e q̄b⁹
legim⁹ de grā dei ⁊ libero arbitrio libros r̄nſio
nū. vij. in q̄b⁹ fauſto gallie regiēſis vrb ep̄o
pelagiane ꝑuitati ꝯſentiēti r̄ndēs. obuiat ei⁹
ꝓfunda deſtrue callliditatē Legim⁹ ⁊ eiuſdē
libꝝ de ſcā trinitate ad felicē directū notariū
libꝝ q̄z regle ve fidei. et aliū de ſacro incarna
tionis dn̄i nr̄i ihu xp̄i. Extāt et duo eiuſdē li
bri de veritate ꝑdeſtinacōis ad ep̄os miſſi. in
quib⁹ demōſtrat ꝙ grā dei in bonis voluntatē
hūanā ꝑueniat. et ꝙ de⁹ q̄ſdā ꝑdeſtinacōis
ſue munere iuſtificās ꝑelegit. q̄ſdā vo in ſuis
reprob moribus occulto q̄dā iudicio derelinq̄t
Eſt et lib altercacōis ei⁹ q̄ de fide cū traſemūdo
rege idē fulgenti⁹ diſputauit Ad ferandū q̄z
ecc̄ie cartagineñ dyaconū vnū de interrogatis
q̄ſtioib⁹ ſcripſit libellū Inter hec ⁊ ꝯpoſuit mlt
tos tractat⁹ q̄b⁹ ſacerdotes in ecc̄ia vterent̄

pluríma quoq3 ferūtur īgenij ei⁹ monimēta.
hec tantū ex p̄cioſis doctrine ei⁹ floribꝫ carp
ſim⁹ Sors melior cui delicias oīm librorꝝ ei⁹
p̄ſtiterit de⁹ Claruit ſub traſemūdo rege wā
dalorꝝ anaſtaſio īpatore regnāte   ca xv.

Eucheri⁹ ep̄s elegās ſentēcijs. ornat⁹
ī v̓bis. edidit ad hilariū arelatēſem an
tiſtē hēmi deſerta petētem vnū opuſculū de
laude eiuſdē hēmi luculētiſſiē ⁊ dulci ſermoē
dictatū. in q̊ ope laudam⁹ doctorē. ⁊ ſi pauca
tn̄ pulchra dicētē Breuitas vt q̄dā ait laus
eſt īterdū in alia pte dicēdi. in vniūſa eloqn̄-
cia laudē non habet   ca xvi.

Hilarius arelatēſis ep̄s ſc̄pſit vitā pn
tis ⁊ p̄deceſſoris ſui ſcīſſimi ac veneabi
lis hōrati epī ſuaui ac p̄claro p̄di..tā eloq̄o.

Aprigius eccīe pacēſis   ca xvij.
hiſpaniarꝝ epūs diſert⁹ līgua ⁊ ſciētia
eruditus. intpretat⁹ ē apokalipſim iohāmis
apl̄i ſubtili ſenſu atq3 illuſtri ſmone. melius
pene q̄ȝ veteres ecclīaſtici viri expoſuiſſe vidē
tur. Scp̄ſit ⁊ nōnulla q̄ tn̄ ad noticiā nrē lec
tionis minime puenerīt Claruit tēporibꝫ theu
di pn̄cipis gothorꝝ   ca xviij

Iuſtinian⁹ īpator q̊ſdā libros de īcar-
nacōne dn̄i edidit. q̊s etiā p diuſas p
uincias miſit. Condidit q̊3 et reſcriptū cōtra

ylyricianā ſynodū et adu̓ſus africanos epōs
in q̊ tria capitula dāpnare ↄtēdit. id ē theu-
doi moſueſceī dcā epī· ſue r̓ſcp̄ta teudoēti epī
ep̄laꝫ q̄ dr̄ ibi et ieſſemi epiſcopi ca xix.
Fecūdus ermianēſis ecc̄ie ep̄s duodecī
libros ꝓ defenſiōe triū capituloꝝ ſcp̄-
ſit· quoꝝ ſtilo elicuit p̄fata tria capitula in ꝑ
ſcp̄tione ap̄lice fidei ⁊ calcidonēſis ſinodi in-
pūgnacōe fuiſſe dāpnata. id ē ep̄la ibederſei
epī ad̓ mari pſam directā ⁊ teudoi moſueſcei
epī ⁊ teudoreti epī dcā. Claruit poſt ↄſulatū
baſilij āno decīo regnāte iuſtiniano īpatore
iVſtian⁹ ecc̄ie valētie ep̄s· ex q̄tu cxx.
or frīb⁹ ⁊ epīs ead̓ mrē ꝓgeītis· vn⁹
ſcp̄ſit libꝝ reſpōſionū ad quēdā ruſticū de in
trogatis q̄ſtionib⁹· quarū p̄ma reſpōſio ē de
ſpū ſcō. ſcd̓a ē ↄtra bonoſiacos. q̄ xp̄m adopti
uū et nō ꝓp̄ū dicit· Tertia r̓ſpōſio ē de bap
tiſmo xpī q̄ iteārí nō licet Quarta rn̄ſio ē de
diſtīctione baptiſmi iohānis ⁊ xp̄i Qu̇nta rn̄
ſio ē q᷑ filius ſicut pat̓ inuiſibil̓ ſit Floruit in
hyſpanijs tēporib⁹ teudi pn̄cipis gothoꝝ.
iVſtus orgelletane ecc̄ie ca xxi.
epūs ⁊ frat̓ predcī iuſtiniani edidit li
bellū expoſicioīs in cāticis cāticoꝝ totū valde
breuit̓ atꝫ apte ꝑ allegoriaꝝ ſenſu diſcuciēs
Hui⁹ quoqꝫ frēs nibridius et ilpidius q̄dā

i

ſcripſiſſe ferũtur equibus quia incogniti ſu-
mus magis reticẽdo fatemur

Capitulum·xxij·

Martinus dumiẽſis mõſterij ſcĩſſimus
põtifex ex oriẽtis ptibꝰ nauigãs gal
liã veit· ibiqʒ ꝯũſis ab arriana ĩpietate ad fi
dem catholicã ſueuorũ pplis· regulã fidei et ſcẽ
religioĩs ꝯſtituit· ecclas informauit mõſteia ꝯdi
dit· copioſaqʒ pcepta pie inſtitucõis ꝯpoſuit
Cuiuſquidẽ egoipẽe legi librũ de differẽtijs
quatuor vtutũ· et aliud volumẽ epłaꝝ in qbꝰ hor
tatur vite emẽdacõez et ꝯuſacõem fidi· orõis in
ſtãtiã· elemoſinaꝝ diſtribucõez· et ſup oĩa cul
turã vtutũ oĩm pietatẽ· Floruit regnãte theu
dimiro rege ſueuoꝝ· tpibꝰ illis quibꝰ iuſti
nianus in re publica et anathagildus in hyſ
panijs imperiũ tenuere Ca. xxiij.

Auitus eps ſciẽcia ſecularium lraꝝ doctri
naꝝ edidit qnqʒ libellos heroico me
tro ꝯpoſitos. quorũ pmus ẽ de origĩe
mundi· ſecũdus de origenali pcco. tercius de
ſentẽtia dei· quartus de diluuio mũdi. quintus de
tranſitu maris rubri Scripſit et ad fuſcinam
ſororem de laude virginitatis librũ vnũ pul
cherrimo cõpoſitũ carmine· et elegãti epigrã
mate coaptatũ

Capitulum· xxiiij.

Draconcius ꝯpoſuit heroicis vſibꝰ examerõ

creacōis mūdi et luculēte qd ɔpoſuit ſcp̄ſit.

v ictor tūnueſis ecclie afri xxv.

Victor tūnueſis ecc̄ie afri cane ep̄s a pn̄cipio mūdi vſ ad p̄mū iuſtini iunioris īperij ānū breuē pcōſules an nibus bellicarū eccl̄iaſticarū qz rerū nobiliſſimā pmulgauit hiſtoriā. laude et notacōe illuſtrē ac mēoria dignā Hic p ɔfeſſione triū capi tulorū a iuſtiano auguſto in exilio in egiptū trāſportatur. Vn̄ rurſus ɔſtātinopoli euocat⁹ dū a iuſtiniano īpatore et euticio ɔſtātinopo litane vrb epō obtrectatoribꝫ eorūdē triū ca pitulorū reſiſteret. rurſus in mōſteriū eiuſdē ciuitatis cuſtodiēd⁹ mittitur atqz in eadē dāpna tione vt dicūt pmanēs moritur

capitulū xxvi.

i ohānes ſcē memorie ɔſtantinopolita nus epūs nacione capadox. vir ineſti mabilis abſtinētie et elemoſinis tantū largiſ ſim⁹. vt etiā zelo auaricie adūſus eum īpator mauricius pmotus. vrbe paupes pellendos ediceret. greco eloq̄o edidit de ſacmēto bap tiſmatis reſcriptū ad btē recordaciōis dānū meū et p̄decoſſorē leādrū ātiſtitem. in q̄ nihil ppriū ponit. ſed tantūmō ātiquorū patrū re plicat de trina merſione ſentētias Claruit tē poribus mauricij principis. defunctusqz au guſto eodem regnante.

GRegorius papa rõne ſe Ca·xxvij·
dis ap̄lice p̄ſul ↄpūctõe timoris dei
plen⁹ ⁊ huilitate ſūm⁹·tm̄qꝫ p grām
ſpūſſcī ſcīe lumine p̄ditus vt nō mō illi p̄ntiū
tp̄m q̄ſq̄m doctoꝝ·ſʒ ne in p̄teritis q̄dē illi par
fuerit vnq̄·Hi ī exordio ep̄ōpat⁹ ſui edidit libꝝ
r̄gle paſtoral' dirctū ad iohēz ↄſtātinopolita
ne ſedis ep̄m in q̄ docꝫ q̄lis q̄ſqꝫ ad officiū re
giminis veiat·vl' q̄lit dū venerit viuē vl' docē
ſubiectos ſtudeat. Idē etiā efflagitāte leādro
ep̄o librū btī iob miſtico ac morali ſenſu diſ-
ſeruit.totāqꝫ ei⁹ ꝓphecie hiſtoriā in·xxxv vo
luminib⁹ largo eloq̄ntie fōte explicauit In q̄
bus q̄dē q̄nta miſteria ſacrōꝝ apiāt' q̄ntaqꝫ
ſint in amorē vite etne moꝝ p̄cepta.vl' q̄nᵐ
clareant ornamēta v̄boꝝ.nemo ſapiēs expli
care valebit. etiā ſi oēs artus ei⁹ v̄tant' in li-
guas Scripſit etiā ⁊ q̄ſdā ep̄las ad p̄dc̄m le
andrū.e q̄b⁹ vnā in eiſdē libris iob titulo p̄fa
tionis ānectit.alterā eloquit' de merſiōe bap
tiſmatis in q̄ inter cetera ſcriptū eſt Rep̄hēſibile
inquit nullaten⁹ eē p̄t. īfantē in baptiſmate
mergē vl' ſemel vel ter·qn̄ in trib⁹ merſionib⁹
pſonaꝝ t̄nitas ⁊ vna p̄t diuitatis ſingl'aritas
deſigri. Fert' tn̄ idē excellētiſſim⁹ vir ⁊ alios
libros morales ſcp̄ſiſſe·totūqꝫ textum q̄tuor
euāgelioꝝ ſermocinādo in ꝑplis expoſuiſſe·

Incognitū ſcȝ nob opus Felix tñ ⁊ nimiū fe
lix q̄ oīm ſtudioꝝ eiꝰ potuit ꝯgnoſcē dcā Flo
ruit āt mauicio auguſto īpante·obijtqȝ ī ipō
exordio foce romani pncipis

capitulū xxviij·

Leāder genitꝰ prē ſcueriano cartaginē
ſis ꝓuītie hiſpaīe ꝓfeſſione mōchus
et ex mōcho yſpalēſis ecclie ꝓuītie betice ꝯſti
tutꝰ epſ·vir ſuauis eloq̄o īgeio p̄ſtātiſſimꝰ
vita q̄ȝ tātū atȝ doctrīa clariſſimꝰ vt etiā fide
eiꝰ atȝ īduſtria ppli gētis gothoꝝ āriana ab
inſaīa ad fidē catholicā reūterētur. Hic nāqȝ
inexilij ſui pegrinacōe ꝯpoſuit·duos adūſū
hēticoꝝ dogma libros erudicōe ſcāꝝ ſcptura
rū ditiſſimos ī q̄bꝫ vehemēti ſtilo āriane ipi
etatꝰ ꝯfodit ac detegit p̄uitatē·oñdēs ſcȝ q̄d
ꝯtra eoſdē hēat catholica eccia ꝉ q̄ꝓ tū diſtȝ ab
eis religiōe ꝉ fidei ſacmētis· Extat ⁊ alid lau
dabile eiꝰ opuſculū adūſꝰ īſtituta ārianoꝝ.ī
q̄ ꝓpoſitis eoꝝ dcīs· ſuas rñſiones oppoīt.
Pretēa edidit vnū ad florētinā ſororē de īſti
tucōe vgīnū et ꝯtēptu mdi libellū tituloꝝ diſ
tinctioībꝫ p̄notatū. Siqdē ⁊ in ecclaſticis of
ficijs id ē nō paruo elaborauit ſtudio In toto
em pſalterio duplici edicioē orōes ꝯſcpſit In
ſacficij q̄ȝ laudibꝫ atȝ pſalmis mlta dulciſo
ne cōpoſuit Scpſit et epſtas mltas ad papā

g̃gorĩu᷑ de bap̃mo vnã. alterã ad frẽzi ĩ q̃ p̃mo
net aliquã nõ eẽ tiendã mortẽ Ad ceteros q̃z
coep̃os plimas ꝓmulgauit faĩliares ep̃las ⁊
ſi nõ ſatis ſplẽdidas v̱b acutas tñ ſñijs Flo-
ruit ſub reccaredo viro ẽligioſo ac p̃ncipe glio
ſo cꝰ eẽ tpibꝰ mirabilẽ obitũ actualꝰ vite tmi-

Liciniãꝰ cartagĩs Ca. xxix nũ clauſit
ſpartaie ep̃s inſcp̃turis doctꝰ cꝰ q̃dẽ nõ
nullas ep̃las legimꝰ de ſacr̃is deniq̃z bap̃ma
tis vnã ⁊ ad eutropiũ abbatẽ poſtea valẽtie
ep̃m plimas reliq̃ v̱o ĩduſtrie ⁊ labcis eiꝰ ad
nr̃ãz noticiã mĩme venerũt Claruit tpibꝰ mau
ricij auguſti Occubuit ꝯſtãtinopoli veneno vt
ferũt extinctꝰ ab emulꝭ Sz vt ſcriptũ eſt iuſtꝰ q̃
cũq̃z morte p̃ocupatꝰ fueit aĩa eiꝰ in refrige

Seuerꝰ malacitane ſedꝭ ca. xxx rio eit
antiſtes collega ⁊ ſociꝰ liciniani ep̃i edi
dit libellũ vnũ adũſus vincẽtiũ ceſar auguſ
tane vrb ep̃m q̃ ex catholico in arrianã p̃ui
tatẽ fuerat deuolutus Eſt ⁊ aliꝰ eiuſdẽ de v̱gi
nitate ad ſororẽ libellꝰ q̃ dr̃ anulus cuiuſq̃dẽ
fateĩn ꝯgnouiſſe titulũ ignorare eloquiũ Cla
ruit tpibꝰ p̃dcĩ ĩpatoris q̃ eẽ regñte vitã finiuit

Iohes gerundenſ eccĩe ep̃s ca. xxi.
nacõne gothꝰ ꝓuincie luſitanie ibi ſalla
natꝰ. Hic cum eẽt adoleſcẽs ꝯſtãtinopoli p-
rexit. ibiq̃z greca ⁊ latina erudicõne nutritꝰ

ſeptimū deimū āno ī hiſpanias reuſus ē eodē
tpe q̄ īcitāte rege leuuegildo áriana feruebat
inſaīa Huc ſupdcm̄ rex cū ad nefande hēſis
crudelitatē ꝯpellēt. ⁊ hic oīno reſiſtēt exilio
truſ⁹ barcīona ēlegat⁹ p. x. ānoꝝ mltas īſidi-
as ⁊ pſecucōes ab áriaīs ppeſſ⁹ ē Q' poſtea
ꝯdidit mōſteiū qđ nc biclāo dr̄. vbi ꝯgrega
ta mōchoꝝ ſocietate ſcpſit ēgulā ipī mōſteio
ꝓfuturā ſ ⁊ cūctis deū timētib⁹ ſatis necāriā.
Addidit ⁊ ī libro croīcoꝝ ab āno p° iuſtī iu
nioris pncipat⁹. vſ ī ānū octauū mauicij pn
cipis rōnoꝝ. ⁊ iiij. ēccaredi ēgis āno. hiſtoico
ꝯpoſito qz ſmoē valde vtilē hiſtoriā. ⁊ mlta a
lia ſcbē dr̄ q̄ ad noticiā nr̄āz n̄ pueneēt cxxxij

EUtropi⁹ ecc̄ie valētine ep̄s. dū adhuc
in mōſterio ſirbitano degēt et pat eſſ
mōchoꝝ ſcpſit ad papā licinianū cui⁹ ſup fe
cim⁹ mēcionē valde vtilē epłaz. in q̄ petit ab
eod ꝓ q̄ re baptiſatis ī fātib⁹ criſmatis p⁹ h
vnctio ēbuat Scpſit ⁊ ad petꝝ ep̄m yrcabi
cēſem de diſtrictōe ſalubri mōchoꝝ ſalubri ſ
moē ꝯpoſitā epłaz. et valde mōchis necāriā.

Maxim⁹ ceſar auguſtaē cītatis cxxxiij.
ep̄s. mlta vſu pſaqz ꝯponē dr̄. Scpſit ⁊
breui ſtilo hiſtoriolā de hijs q̄ tpib⁹ gothoꝝ
ī hiſpanijs acta ſt hiſtorico ⁊ ꝯpoſito ſmoē.
Sz ⁊ mlta alia ſcribē dicit que necdū legi.

Explicit liber beati Yſidori epiſcopi·

Que ſequūtur a modernis addita ſūt·


Yſydorus epūs· I
Beda preſbiter ij·
Heymo iij·
Alcuinus iiij·
Angelomus v·
Rabbanus epiſcopus vi·
Guido· vij·
Helpricus· viij
Hermānus· ix·
Manegoldus X·
Anſhelmꝰ ep̄s· xi·
Iuo epiſcopus· xij·
Gracianus· xiij
Hugo· xiiij
Giſilbertus ep̄s xv·
Rupertus abbas xvi
Bernardus abbas xvij·
Petrus longobardus xviij·

Iſta a modernis addita ſunt· Primū capl'm·

Iſydorus hyſpaleñ ep's vir
ſcūs ⁊ in ſcriptuis d̾inis val
de ſtudioſus. ſcripſit libꝝ de
ſūmo bono qd̾ de' ē· de vicijs
et v̾tutib' multa vtilit̾ ediſſe
rens Scripſit ⁊ ſup̄ pētateu
con moyſi et librū ioſue necnō ſup̄ libꝝ iudi
cum· libroſqꝫ regū pſima capitula allegoricę
et moralr̄ expoſita Itē librū ꝓhemioꝝ noui
⁊ veteris teſtamēti Itē ꝯtra iudeos de etna ⁊
tp̄ali xp̄i natiuitate· de paſſiōe q̊ꝫ ei' ⁊ reſur
rexione atqꝫ aſcēſione volumē vnū Itē librū
ſentētiaꝝ Itē libꝝ de ſenonimis Scripſit p̄te
rea librū ethimologiaꝝ ad eccl̄iaſticā atqꝫ ſe
cularē lr̄ātură valde vtilē Itē libꝝ officioꝝ Itē
tractatū ſup̄ miſſaꝫ Itē de cōpoto ⁊ de natuá
rerū libꝝ vnū Itē de illuſtrib' viris vbi gen-
nadius finierat vſqꝫ ad ſua tp̄a ſcripſit libꝝ
vnum Floruit tp̄ib' heraclij īpatoris ca. ij

Beda famul' xp̄i p̄ſbr̄ ⁊ mōch' mōſterij
btōꝝ apl̄oꝝ petri ⁊ pauli qd̾ ē ad wer
rimode ſcp̄ſit ī geneſim de vaſ ⁊ tab̄naclr̄ ei'
ac veſtib' ſac̄do'm libros q̄tuor Itē in p̄mā ptē
ſamuel.i· vſꝫ ad mortē ſaul libros q̄tuor De
edificacōe tēpli allegoice expoſicōis ſic ⁊ ceta
libros duos Itē in regū libꝝ· xxx· queſtionū

In pūbia salomoīs libros tres In cātica cā-
ticoꝝ libros vij. In ysayā danielē duodecī ꝓ
phetaꝝ ⁊ ptē ihēmie distīctōes capituloꝝ ex
tctatu bti ihēonimi excerptas In esdrā ⁊ nee
miā libros tres. i cāticū abbacuc libꝝ vnū in
librū bti pris tobie explanacōnis allegorice
de xpō ⁊ eccīa libros duos Itē capitula lecti-
onū in pēthatheucū moysi iosue iudicū in li
bros dieꝝ regū ⁊ v̄ba dieꝝ. In libꝝ bti pris
iob ī parabolaꝝ ecciastē ⁊ cātica cāticoꝝ. ī ysa
yā ꝓphetā. ī esdrā ⁊ neemiā. ī euāgeliū mar
ci libroꝝ iiij. in euāgeliū luce libros sex. ī ome
liariū euāgelij libros duos. ī apłm q̄cūq3 in
opusculꝭ bti augustini exposita īueit cūcta p
ordiē3 trāscribē curaui. In act9 apłoꝝ libros. ij
in epłas vij. canoīcas libroꝝ singulos In apo
kalipsim bti iohānis libros iij. Itē capitula
lectionū in totū nouū testamētū excepto euā
gelio Historiā q̄3 gētis sue in qnq3 libris di-
gessit. capitulū tertiū

Heymo magister karoli magni imp-
atoris scp̄sit libꝝ de scā trinitate Itē
librū exposicōe3 sup apokalipsim iohis apłi
Itē exposicōe3 sup epłas pauli scolastice eas
edisserēs Itē librū de varietate libroꝝ ⁊ alia
multa ca. iiij.

Alcuinus qui et albinus magister et ipse prefati

impatoris ſcripſit librū de ſcā trinitate Itē li
brū ſup eccliaſtē· Itē ſup cātica canticoꝝ Itē
librum de racōne anime ¶Cap· quintū.
ANgelom⁹ pfeſſione mōch⁹ fecit expo
ſitionē ſup libros regū Itē expoſicōem
ſup cantica canticoꝝ quā ſcripſit lothario im
patori. filio ludewici ſub q̄ ipſe floruit·
RAbbanus p̄mo abbas woldēſ ¶Ca· vi
poſtea archiepūs mogontiacēſis ſcripſit libꝝ
ſup geneſim ad lrām Itē in dīnis officijs· itē
de inſtitucōe clericoꝝ· itē de ſacris· itē de pnīa
itē de eucariſtia ¶Cōpoſuit etiā in honorē ſcē
crucis libꝝ metrica arte ſm figurā ſcē crucis
¶Ca. vij· mirabilr ↄtextū
GVido pfeſſiōe mōch⁹ ſcripſit libellū
de muſica arte valde vtilē Deniqȝ no
tas muſicas ⁊ lineaꝝ diſtinctōes q̄bꝫ moder
ni vtunt ipſe p̄mus adiuenit· Floruit tpibꝫ
¶Ca· viij· heynrici. iij. impatoris
HElpricus pfeſſinoe ⁊ ipſe mōchus
ſcripſit libellū de cōpoto vbi oñdit ſe
eundē libellū ↄpoſuiſſe āno dñice icarnacōis
¶Ca. ix. M· lxxx.
HErimān⁹ q̄ dicebat ↄtractus cū eēt
⁊ ipſe mōch⁹ ſcp̄ſit libellū de cōpoto
inl'to ſubtili⁹ ⁊ pfecti⁹ q̄ꝫ helpric⁹ ſingula in
ueſtigās Scp̄ſit etiā libꝝ de eclipſi ſol' ⁊ lune

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

valde ſubtilē ondēs quaſdā r̄gulas q̄bꝰ abſq̄ aliq̄ ſcrupulo p̄ſciri valeat. Itē ſcṕſit libellū de ꝯpoſicōe aſtrolabij qd̄ an̄ eū fere oīno abolitū eāt. itē aliū de vtilitate aſtrolabij Cōpoſuit etiā nō nullas hiſtorias ſcōꝝ in q̄bus magnā dei gratiā habuiſſe oñdit Capi. x.

m Manegoldus q̄dā nacione teutonꝰ dū ſcolas regeret in frācia primꝰ ad hoc aīm appulit vt d̄inas ſcṕturas in ſcolis exponēt cuiꝰ ſtudiū multi imitātes poſtea clariſſimi in hac diſciplina effulſere magiſtri ca xi.

a Anſhelmꝰ epſ cātuariēſis ſcṕſit librū quē in titulauit cur homo deꝰ Itē libꝝ de ḡtia dei. itē libꝝ de libero arbitrio. itē libꝝ de cōcordia grē dei et liberi arbitrij Scripſit p̄terea epl̄as in mōſteialibꝰ hoībꝰ mltaſ valde nccārias Floruit ſub heinrico iiij īpatoꝛe.

capitulum duodecimū

i Iuo carnotēſis epus ꝯpoſuit librū decretalem q̄ a multis habetur et valde neceſſarius approbatꝰ Scṕſit ec epl̄as mltas elegāti ſtilo editas Floruit ſub heinrico iiij īpatoꝛe

Capitulū xiij.

g Graciānus ꝓfeſſione mōchus ꝯpoſuit grāde volumē oīa antiq̄ et noua ſcōꝛū patrū decreta inſimul ꝯgregans et vtile opus cōficiens. Floruit ſub p̄fato principe.

Hugo nobil' ille mgr dū eſſz Ca.xiiij.
ex ordine pfeſſionis eoꝝ q̄ regulaīs
appellant' ſcripſit libꝝ quē diſdaſca
licon idē ītroductoriū ītitulauit ſatis neccāriuz
eis q̄ in diuinis ſe ſtudēt exercē ſcriptuis. Scrip
ſit itē libꝝ q̄ a pleiſqz lucidari' q̄ſtionū appel
lat' qz plimas in eo q̄ſtiones elimato ſmōe
dilucidat Expoſuit etiā librū dyoniſij cuius
titulus eſt de ierarchia Itē aliū de ſacris ecc̄e
mirabili ſubtilitate ɔtextum Eſt ⁊ alius liber
eius de practica geometrie. Floruit ſb lotha
rio pncipe Capitulū.xv.

Gilbertus ex ſcolaſtico epūs fecit gloſa
turas ſuper pſalteriū ⁊ epiſtolas pauli
que a multis habentur. Capitulū.xvi.

Rupertus abbas tuicienſis nō vltius
eccīaſticorū ſcriptorū ſcripſit grāde
volumē ſup vetus teſtamentū ītitula
uit op' ſancte trinitatis Itē expoſitionē ſup
duodecī prophetas. itē expoſitionē ſup can
tica canticoꝝ. Scripſit itē grāde volumen ſup
euāgeliū iōhānis. item expoſitionē ſup apo
calipſim iohānis Itē expoſuit librū cuius ti
tulus eſt de victoia verbi dei. itē de diuinis of
ficijs. item expoſicōnem ſup libros rēgū que
īpfecta remāſit
Capitulū. xvij.

Berard' abbas clareuallenſ vir doctus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et religioſus ſcripſit librū de dilectione Cō-
poſuit etiā ſermones multos omeliaticos q̄
a multis habētur ⁊ ſtudioſe legūtur. Floruit
ſub rege conrado. Capitulū xviij.

Petrus lōgobardus vir ſciētia p̄clar⁹
ſcp̄ſit libꝫ cui⁹ titulus ē liber ſentētiaꝝ
mgr̄i petri· in q̄ oēs ātec[e]ſſoēs ſuos ſtudio ⁊
labore ſupgreſſus eſſe videt᷑ Cōpoſuit p̄te-
rea gloſaturas ſup pſalteriū et ep̄las pauli
ſubtili ac luculēto ſtilo digeſtas Floruit ſub
īpatore frederico.

Incipit decretale in vrbe roma ab cemiſda
papa editū de ſcripturis diuīis q̄d vniu̾ſalit̄
catholica recipiat eccleſia


De ordine libroꝝ canonicoꝝ veteris et
noui teſtamēti i.
De numero apoſtolicaꝝ ſedium
De ↄſtitutionibꝰ ſanctoꝝ conciliorū· ij.
De opuſcul᷑ ſcōꝝ patrū que recipiātur iij·
De opuſculis apocriphorū que recipienda
non ſunt· iiij·

Ordo de veteri teſtamēto quē ſancta et catholica romanna ſuſcipit eccleſia

| | |
|---|---|
| Geneſeos liber vnus | I. |
| Exodi liber vnus. | ij. |
| Leuitici liber vnus | iij. |
| Numeri liber vnus | iiij. |
| Deutronomij liber vnus | v. |
| Iſu naue liber vnus. | vi. |
| Iudicū liber vnus | vij. |
| Ruth liber vnus | viij. |
| Regum libri quatuor. | ix. |
| Paralipomenon libri.ij | X. |
| Pſalmorum .c.l. liber vnus | xi. |
| Pſalomonis libri tres | xij |
| Prouerbiorū eccīaſtes | xiij. |
| Cantica canticorum | xiiij. |
| Item ſapiētie liber vnus | xv. |
| Eccīaſticus liber vnus | xvi. |

Item ordo prophetarum.

| | |
|---|---|
| Yſaye liber vnus. | I. |
| Iheremie liber vnus. i. cū cinot. i. | ij. |
| Lamentationibꝫ ſuis | iij. |
| Hizechielis liber vnus | iiij. |
| Danielis liber vnus | v. |
| Oſee liber vnus | vi. |

| | |
|---|---|
| Amos liber vn⁹ | vij. |
| Michee liber vnus | viij. |
| Johelis liber vnus | ix. |
| Abdie liber vnus | x. |
| Jone liber vnus | xi. |
| Naum liber vnus | xij. |
| Abbacuc lib vn⁹ | xiij. |
| Sophoīe lib vn⁹ | xiiij |
| Aggei liber vnus | xv |
| Zacarie liber.i. | xvi |
| Malachie liber.i. | xvij |

¶ Itē ordo hiſtoriaꝝ

| | |
|---|---|
| Job liber vnus | i. |
| Tobie liber vn⁹ | ij. |
| Eſdre libri duo | iij. |
| Eſter liber vnus | iiij. |
| Judit liber vn⁹ | v. |
| Machabeoꝝ libri duo | vi. |

¶ Ordo ſcṗturaꝝ noui teſtamēti

| | |
|---|---|
| Euāgelioꝝ libri iiij | i. |
| Mathei marci | ij. |
| Luce iohānis tertio | iij. |
| Actuū apl'oꝝ lib i. | iiij. |

Epſe pauli apſi xiiij. v.
Ad romanos vna vi.
Ad corintheos due vij.
Ad epheſios vna viij.
Ad teſſalonicēſes due ix.
Ad galathas i. x.
Ad philippēſes i. xi.
Ad colocenſes i. xij.
Ad thimotheū ij. xiij.
Ad titum vna xiiij.
Ad philemonē i. xv.
Ad hebreos i. xvi.
Apakalipſis iohānis liber i. xvij.
Canonice epiſtole ſeptem xviij.
Petri due xix.
Jacobi vna. xx.
Johannis ~~tertio~~ tres xxi.
Jude zelotis vna xxij.

Poſt has oēs ꝓpheticas ⁊ euāgelicas atqȝ apoſtolicas quas ſupiꝰ deꝓmſimꝰ ſcꝑturas. q̄bus ecc̄a catholica p gracīā dei fūdata ē. etiā illud intimādū putauimꝰ. qđ quāuis vniuſe p orbē catholice diffuſe ecc̄e vnus thalamꝰ xp̄i ſit. ſcā tn̄ romana ecc̄a nullis ſynodicis cōſtitutis ceteris eccleſijs p̄lata ē. ȝ euāgelica voce dn̄i ⁊ ſaluatoris noſtri ꝑmatū obtinuit.

Tu es inquiens petrus et ſup hãc petrã edi
ficabo ecc̃iam meã· et porte inferi non p̄uale
bũt adu̓ſus eã·et tibi dabo claues regni celo
rum·et q̃cunqȝ ligaueris ſup terrã erũt liga
ta ⁊ in celis·et q̃cunqȝ ſolueris ſup terrã erũt
ſoluta ⁊ in cel̄. Addita ẽ etiã ſocietas bti pau
li apli vas electõis·q̃ nõ diu̓ſo ſic he̓ſes gar⸗
riũt.ſȝ vno tpe vno eodẽqȝ die glioſa morte
cũ petro in vrbe rõ ſb ceſaȇ nerone agoĩſans
coronatus ẽ.et parit̃ ſup̃dcãm ſcãȝ rõnam ec
cleſiã xp̃o dño ꝯſecrarũt ·aliiſqȝ oĩbꝫ vrbibꝫ
in vniu̓ſo mũdo ſua pñtia atqȝ venerãdo triũ
pho p̄tulerũt Eſt ergo p̓ma petri apli ſedes
rõna ecc̃a·nõ hñs maculã neqȝ rugã neqȝ ali
q̃d huiõi Scd̓a ãt ſedes apud alexãdriã bti
petri noĩe· a marco eius diſcipulo atqȝ euã⸗
geliſta ꝯſecrata eſt·ipſeqȝ in egiptũ directus
a petro aplo·v̓bũ veritatis p̄dicauit ⁊ glo̓ſũ
martiriũ ꝯſũmauit Tercia vero ſedes apd̓ an
thiochiã itẽ btiſſimi petri apli habet̃ hono
rabilis. eo qd̓ illic priuſq̃m romã veniſſet ha
bitauit.⁊ illic primũ nomen xp̄ianoꝝ nouel
le gentis exortum eſt

Capitulũ· ſecũdum·

Et quãuis aliud fundamentũ nullꝰ
potuit ponere p̄ter id qd̓ poſitũ eſt
qd̓ eſt criſtus iheſus · tamen ad edificacoẽm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſancta eadē romana eccleſia poſt illas veteris ac noui teſtamēti q̄s regularit̄ ſupi⁹ enume-rauim⁹ etiā has ſuſcipi nō ꝓhibet ſcṗturas. i. ſcām ſynodū nycenā ſ̄m trecētos x. ⁊ viij. patres mediāte maxio cōſtātino auguſto. in q̄ arrius hēticus ꝯdēpnat⁹ ē. Scām ſynodū cōſtātinopolitanā. mediāte theodoſio ſeniore. Scām ſynodū epheſinā in q̄ neſtorius dāp-nat⁹ ē. ꝯſenſu btiſſimi celeſtini pape mediāte cyrillo alexādrine ſedis antiſtite ⁊ archadio epō ab ytalia deſtinato. Scām ſynodū calci-donēſem. mediāte marciano auguſto ⁊ ana-tholio ꝯſtātinopolitano epō. in q̄ neſtoriana et euticiana hēſis ſil̄ cū diſcero eiuſꝫ ꝯplicibꝫ dāpnata ſūt Sꝫ ⁊ ſi q̄ ſūt cōſilia a ſcīs pribꝫ hatten⁹ īſtituta. p⁹ iſtoꝝ q̄tuor auctoritatē. ⁊ cuſtodiēda ⁊ recipiēda decreuim⁹.

Iā nūc ſubiciēdū de opuſculis ſanctoꝝ patꝝ que in eccleſia catholica recipiūtur.

Opuſcula bti cecilij cipriani marti-ris cartaginēſis epi in ōibꝫ reci-pienda Itē opuſcula bti gregorij naſanzeni epi. itē opuſcula bti a-thanaſij alexādrini epi. item opuſcula beati iohānis ꝯſtātinopolitani epi. Itē opuſcula

beati theophili alexãdrini epi Itē opuſcula
btī cyrilli alexãdrini epī.itē opuſcula btī hy
larij pictauiēſis epī·itē opuſcula btī ambro
ſij mediolanēſ epī·Item opuſcula btī augu
ſtini yppone rgiēſis epī.itē opuſcła btī ihero
nimi pſbri.itē opuſcła btī ꝓſperi viri religio
ſiſſimi.itē opuſcula btī pape leoīs ad flauiū
ꝯſtātinopolitanū epm̄ deſtīata·de cuius tex
tu quiſpiā ſi vſqꝫ ad vnū iota diſputauerit ⁊
nō eā in oībꝫ venerabilit̄ receperit anathema
ſit Itē opuſcła atqꝫ t̄ctatꝰ oīm pr̄ꝫ ortodoxoꝝ
q̄ in nullo a ſcē romane ecc̄e ꝯſortio deuiaue-
runt nec ab eius fide vł p̄dicacōe ſeiūcti ſūt·
ſꝫ ipſiꝰ cōicationi ꝑ grāꝫ dei vſqꝫ in vltimū diē
vite ſue fuere ꝑticipes legēdos decernimus.
Itē decretales epłas q̄s btiſſimi pape diuſ
tpibꝫ ab vrbe roma ꝓ diuſoꝝ prm̄ ꝯſolacōe
dederūt venerabilr̄ ſuſcipiēdas Itē geſta ſan
ctorū martiꝝ q̄ multiplicibꝫ tormentoꝝ cru-
ciantibꝫ ⁊ mirabilibꝫ ꝯfeſſionū triūphis irra
diant Quis iſta catholicoꝝ dubitet ⁊ maio
ra eos in agoībꝫ fuiſſe perpeſſos nec ſuis vi
ribus ſed dei gratia et adiutorio vniuerſa to
leraſſe Sꝫ ideo ſm̄ ātiqꝫ ꝯſuetudinē ſingulari
cautela in ſancta romana ecc̄a nō leguntr·qr
et eoꝝ qui ꝯſcripſere noīa penitꝰ ignorātur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ab infidelib9 et idiotis ſupflua aut minus
apta ꝙ̄ rei ordo fuerit eſſe putant᷑. ſicut q̄rīcī
cuiuſdā̄ et iulite ſic̄ georgij aliorū̄qꝫ eiuſmōi
paſſioēs q̄ ab hēticis phibent᷑ cōpoſite. Prop
ter qᷓ vt dcm̄ ē ne vel leuis ſubſannādi ori=
ret᷑ occaſio. in ſcā rōna eccīa nō legunt᷑. Nos
tn̄ cū p̄dcā rōna eccīa oēs mārtires ⁊ eoꝝ glo
ſos agones. q̄ deo magis ꝙ̄ hoībus noti ſūt
ōni deuocōe veneāmur. Itē vitas patꝝ pau
li. anthonij. hilaionis. ⁊ oīm hēmitaꝝ q̄s tn̄
vir beatiſſim9 iheronim9 ꝯſcripſit. cū ōni ho=
nore ſuſcipim9. Itē actus beatiſſimi ſcluestri
apſice ſedis p̄ſulis. licet ei9 q̄ ꝯſcp̄ſerit nomē
ignorat᷑. a multis tn̄ in vrbe roma catholicis
legi cognouim9. et pro antiq̄ vſu multe hoc
imitātur eccīe. Itē ſcriptura de inuencōne ſcē
crucis. et alia ſcriptura de inuencōne capitis
beati iohānis baptiſte. nouelle quidē relacō
nes ſūt et nōnulli eas catholici legunt. Sed
cū hec ad catholicoꝝ man9 venerint bti pau
li apli p̄cedat ſentētia. ōnia ꝓbate qᷓ bonū
eſt tenete Itē rufinus vir religioſiſſim9 plu
rimos eccīaſtici operis edidit libros. nōnul=
las etiam ſcriptuās interp̄tatus eſt. ſed quo
niam veneābilis ihēonimus eum in aliq̄bus
de arbitrij libertate notauit. illa ſentim9 que
predictū beatū ihēonimū ſentire ꝯgnoſcim9

et nō ſolū de rufino ſ; etiā de vniuerſis quos vir ſepius memoratus zelo dei ⁊ fidei rligiōe reprehēdit Itē origenis nōnulla opuſcula q̄ vir btiſſimus iheronim⁹ nō repudiat legenda ſuſcipimus Reliqua autē oīa cum auctoē ſuo dicim⁹ rennuēda Item cronica euſebij ceſarienſ atq; eiuſdē hiſtoie ecclīaſtice libros. quāuis in pmo narracōis ſue tepuerit ⁊ p⁹ in laudib⁹ atq; excuſacōe origenis ſciſmatici vnum ɔſcripſerit librū. propter rerū tamen ſingulaꝝ noticiā que ad inſtructōem ptinēt vſquequaq; nō dicimus rēnuendos Item oroſiū virum eruditiſſimū collaudam⁹. quia valde neceſſariā nobis aduerſus paganorū calūpniam ordinauit hyſtorias. miraq; breuitate contexuit Item venerabilis viri ſedulij op⁹ paſchale. quod heroycis ſcripſit verſib⁹. inſigni laude preferimus Iuuēci quoq; nihilominus laborioſum opuſ non ſpernimus. ſed miramur. Cetera que ab hereticis ⁊ ſciſmaticis conſcripta vel dicta ſunt. nullatenus recipit catholica et apoſtolica romana eccīa. de quib⁹ pauca que ad memoriā venerūt ⁊ a catholicis vitanda ſunt credimus eē ſubdēda.

## Capitulum Secūdum.

In primis ariminenſem ſynodum a ɔſtātio ceſaē ɔſtātini filio ɔgregato

mediāte tauro ꝑfecto ⁊ tunc et nūc ⁊ inetnū
ꝯfitemur eſſe dāpnatā Itinerariū q̊ꝫ in noīe
petri apli qd' appellatꝰ ſcī clemētis libri nuē-
ro nouē apocriphū eſſe ſcimꝰ Actus noīne
andree apli apocriphos· actus noīe thome
apli decem libri apochriphi· Actus noīe pe-
tri apli apocriphi· actus noīne philippi apli
apocriphi Euāgelia noīne mathie apli apo
cripha· euāgelia noīne barnabe apli apocri-
pha. euangelia noīne iacobi minoris apocri
pha· euangelia noīne petri apli apocripha·
euāgelia noīe thome apli apocripha· q̄bus
manichei vtūtur· Euangelia noīne bartho-
lomei apli apocripha· Euāgelia nomīe an-
dree apli apocripha. euāgelia q̄ falſauit lu
cianꝰ apocripha Euangelia q̄ falſauit yſici
us apocͤpha· Liber de īfantia ſaluatoīs apo
criphus. Liber de natiuitate ſaluatoris et de
maria vel obſtetrice apocͤphꝰ. Liber q̄ appel
latur paſtoris apocriphꝰ. Libri oēs q̊s fecit
lucius filiꝰ dyaboli apocriphi oēs. Liber qui
appellatꝰ fundamētū apocriphꝰ· Lib' q̄ appel
latur theſaurꝫ apocriphꝰ Liber de filiabꝫ ade
hoc eſt lepto geneſis apocriphꝰ. Liber qui
appellatur actus tecle ⁊ pauli apocriphꝰ· Li
ber qui appellatur nepotes apocriphꝰ· Lib'
ꝓuerbiorū qui eſt ab hereticis cōſcptus· et

ſb̄ noīe ſixti p̄ſignatus apocriph? Reuelacō
que appellat̄ pauli apl̄i apocripha. reuela-
tio q̄ appellat̄ thome apl̄i apocripha·uela
tio que appellat̄ ſancti ſtephani apocripha·
Liber qui appellat̄ tranſſitus·i.aſſumptio ſcē
marie apocriph?. liber q̄ appellat̄ penitētia
ade apocriphus·liber q̄ appellatur penitētia
ſancti cipriani apocriph?.lib̄ de eugenia noīe
gigāte q̄ cū dracone poſt diluuiū ab h̄eticis
pugnaſſe fingit̄ apocriph? Liber qui appel
latur penitētia origenis apocriph?·liber qui
appellat̄ penitētia iāne ⁊ mābre apocriph?
liber qui appellat̄ ſortes ſcōꝝ apocriph?· li
ber q̄ appellatur lxx.apl̄oꝝ apocriph?·liber
qui appellatur canones apl̄oꝝ apocriphus·
liber phiſiolog? ab hereticis ↄſcriptus ⁊ bt̄i
ambroſij noīe p̄ſignatus apocriph? Hiſto
ria euſebij panphili apocripha·Opuſcula
tercullianī apocripha Opuſcl̄a lactācij ſiue
fricancij ſiue africani apocripha Opuſcula
poſtumiani apocripha·Opuſcula montani
priſcille ⁊ maximille apocͤpha. opuſcl̄a fau
ſti manichei apocͤpha Opuſcula ↄmodiani
apocripha·opuſcula alteri? clemētis alexā-
drini apocripha Opuſcula tacij cip̄ani apo
cripha.opuſcula arnobij apocripha·opuſ-

cela tychonij apocripha Opuſcula caſſiani
p̄ſbiteri galliēſis apocripha.opuſcula victo
rini pictauiēſ apocripha· opuſcula fauſti re
gienſis apocripha ·Opuſcula frumenti ceci
apocripha Centū de xp̄o virgilianis verſibꝫ
ꝯpaginatū apoc̄pha· Ep̄la ih̄u ad abagarꝫ
apocripha Ep̄la abagari ad ih̄m apoc̄pha
Paſſio q̄rici ⁊ iulite apoc̄pha·paſſio georgij
apoc̄pha Scriptuᷓ q̄ appellat᷑ ſalomoīs int̄
dictio apocripha Filacteria oīa que nō ange
loꝛū vt illi ꝯfingūt ſꝫ demonū magis ꝯſcripta
noībꝫ ſūt apocripha Hec ⁊ hijs ſilia q̄ ſymō
magus·nicolaus.cherinthꝰ·marcion.baſili
des·ebyon·paulus.etiā ſamoſatenꝰ fotinꝰ·
et bonoſus·q̄ ſili errore defecerūt·mōtanꝰ q̊ꝫ
cū ſuis obſceniſſimis ſeq̄cibꝫ .Appollinaris·
valētinus.ſiue manicheꝰ·Fauſtus· africanꝰ
ſabellius·arrius.macedoniꝰ·eunomiꝰ·cono
mius.nouacianꝰ·ſabbacius. caliſtus· dona
tus.euſtacius·iouinianus·pelagius·iulianꝰ
eclanēſis·celeſtinus.maximianꝰ·p̉ſcillianus
ab hyſpania.neſtorius cōſtantinopolitanꝰ
maximus·ſynicus.lampeciꝰ dyoſcorus.eu
tices·petrus.et alius petrus· equibꝰ vnus
alexādriā·aliꝰ antiochiā maculauit Acaciꝰ
conſtantinopolitanꝰ ꝯſortibꝫ ſuis· necnon

⁊ oēs hēſiarches. eorūq3 diſcipulos q̄ ſciſma
tica docuerūt vel conſcp̄ſerūt· quoꝝ noīa mi-
nime recinuim⁹· nō ſolū repudiāda· verū etiā
ab ōni catholica ⁊ ap̄lica eccleſia elimināda·
atq3 cū ſuis auctorib⁹ auctorūq3 ſeqcibus· ſb
anathematis īdiſſolubili vīculo inetnū cōfi
temur eſſe dāpnāda·

Ca· Primū

PRimū locum in diuina pagina te
nēt ille ſcp̄ture que canoīce appel-
lātur· veteris et noui teſtamēti. de
quib⁹ auguſtin⁹ ad iheronimū ſic in epl'a ſcri
bit. Ego ſolis illis ſcp̄torib⁹ q̄ canonici appel
lātur· didici hūc timorē honorēq3 referre. vt
nullū eoꝝ ſcribēdo erraſſe audeā credere. aut
ſi quid in eis offendero qđ videatur cōtrariū
veritati· nihil aliud q̄ꝫ mendoſū eſſe codicē· vel
nō eſſe aſſequutū interp̄tem qđ dictū eſt vel
mīme intellexiſſe non ābigā. Alios autē ita
lego vt quātalibet ſanctitate p̄dita ve doctrina
polleant· non ideo verum putem quia ip̄i ita
ſenſerūt· ſed quia mihi ꝑ alios auctores· vel
canoīcas vel ꝓbabiles rāciones quod a vero
non abhorreat pſuadere potuerūt· Item au
guſtinus in libro de vnico baptiſmo· Quis
neſciat ſcp̄turā ſanctā canoīcam tam veteris

q̄ꝫ noui teſtamenti certis terminis ſuis conti
neri. eamqꝫ poſteioribꝰ omniū epiſcopoꝝ lit
teris ita preponi. vt de illo oīno dubitari et
diſceptari non poſſit. vtrū verum vel vtrum
rectū ſit. quicq̄d in ea ſcriptum eſſe cōſtiterit

## Capitulū Secundū

Secūdum locum in eccleſiaſtica do-
ctrina poſſidēt decreta ſanctorū vni-
uerſalium cōciliōꝝ. de quibus ſcribit
beatꝰ gregorius papa ita dicens Sicut ſan
cti euāgelij quatuor libros. ſic quatuor cōci-
lia ſuſcipere et venerari me fateor. Nicenum
ſcꝫ in quo arrianū dogma deſtruitur Conſtā
tinopolitanū. in quo eunomij et macedonij
error cōuincitur Epheſynum p̄mum. in quo
neſtorij īpietas iudicatᷣ. Calcedonēſe in quo
euticetis ꝛ dyoſcori prauitas eſt reprobata.
Hec tota deuocōe ꝯplector. integerrima ap
probacōne cuſtodio. qꝛ in hijs veluti q̄drato
lapide. ſcē fidei ſtructurā ꝯſurgit. et cuiuſlibet
vite atqꝫ actōis norma exiſtit. Cunctas pſo
nas quas reſpuūt reſpuo. quas venerātur in
tegritate mētis amplector. quia dū ſunt vni
uerſali cōſenſu cōſtituta. ſe et nō illa deſtruit
q̄ſquis preſumit abſoluē q̄s ꝛligāt. aut ligaē
q̄s abſoluerunt Itē ex libro diurno ꝓfeſſio
romani pōtificis. Scā vniuerſalia octo ꝯcilia

id ē nycenū. cōſtātinopolitanū. epheſinū pri
mū Calcedoneſe. Itē cōſtātinopolitanū ſcdm
Itē nycenū Itē cōſtātinopolitanū vij. et viij.
vſqz ad vnū apicē īmutilata cōſeruaē et pari
honore et veneracōne digna habē. et q̄ p̄dica
uerūt et ſtatuerūt ōmibꝫ modis ſeq̄ et p̄dicaē
et q̄cunqz condēpnauerūt ore et corde. cōdēp-
nare ꝓfiteor

Tertiū capitulū.

Tercīū locū optinēt decretales epl'e ſcō
rum romanoꝝ potificū. de q̄bus ſaīs
et facūdiſſim⁹ in oībꝫ ſuis decretis papa ge-
laſius ita inq̄t. Decretales epl'as quas btiſſi
mi pape diu'ſis tpibus ab vrbe roma ꝑ diu'
ſoꝝ patrū cōſultacōe dederūt venerabilit̄ ſuſci
piendas decernim⁹. Itē agatho papa oībꝫ
ep̄is Sic oēs apl'ice ſedis ſanctioēs accipiē-
de ſūt tanq̄ ipſi⁹ dīna voce petri firmate Itē
ſtephan⁹. v. Enīuero qꝛ in ſpeculū et exēplū
ſcā rōna ecc'a cui nos xp̄s p̄eſſe voluit. p̄poſi
ta eſt ōmibꝫ quidq̄d ſtatuit. q̄dquid ordinat
ꝑpetuo irrefragabilit̄ obſeruādum eſt.

Quartū capitulū.

Quartū locū poſſident opuſcula atqz
tractatus ōniū ortodoxorū patrū q̄
in nullo a ſcē romane eccleſie cōſorcio deuia-
uerūt nec ab ei⁹ fideli p̄dicacione ſeiūcti ſūt.

ſed ꝯmunionis ipſius· grã dei vſqꝫ ad vltimū
diē vite ſue pticipes fuerūt· de quibꝰ in q̄nto
ſynodo ſic legit᷑ Sequimur p oīa ſanctos prēs
⁊ doctoēs ecclē athanaſiū hilariū baſiliū· gre
goriū· theologū· iheonimū. ābroſiū augusti
num· theophilū. iohannē ꝯſtātinopolitanū
cirillū· leonem. ⁊ ſuſcipimꝰ oīa que de recta
fide et ꝯdēpnacōne hereticorū cōpoſuerunt
Decretales itaqꝫ epl'e canoībꝰ cōſiliorū pari
iure exſequātur. Nūc autē querit᷑ de expoſi
tione ſacre ſcripture an exſequātur an ſubici
antur eis Quo em̄ quiſqꝫ racōne magis vtit᷑
eo maioris auctoritas eius verba eſſe vident᷑
Plurimi autē tractatoꝝ ſicut pleniori gratia
ſpiritusſancti· ita ampliori ſciēcia alijs precel
lentes racōni magis adheſiſſe probātur· vn̄
nōnullorū pontificū ꝯſtitutis. auguſtini ihe-
ronimi atqꝫ aliorū tractatoꝝ dicta eis viden
tur eſſe preferēda Sed aliud eſt cauſis termi
num imponere. aliud ſcriptuás ſacras expo
nere· In negocijs diffiniēdis non ſolū eſt ne
ceſſaria ſcīa. ſed etiā ptās Unde xp̄us dicens
petro. quecunqꝫ ligaueris ſup terram erunt
ligata et in celo ⁊ ceta· Prius dedit ei claues
regni celorum· in vna dans ei ſcientiam diſ-
cernendi inter dignos et inter indignos· in

in altera dās poteſtatē eiciēdi aliq̄s ab ecc̄ia vel recipiendi ¶Cū ergo quelibet negocia finē accipiant. vel in abſolucione inocentiū·vel in condēpnatione delinquentiū·abſolucio vero vel cōdempnacio·non ſcientiā tantū· ſʒ etiam poteſtatē p̄ſidenciū deſiderāt·apparet q̄ diui narū ſcripturaꝝ tractatoēs·et ſi ſciencia pon tificibus p̄mineant· tn̄ qꝛ dignitatis eorum apicem non ſunt adepti.in ſanctaꝝ ſcp̄turarum expoſicionibꝰ eis p̄ponunt̄·in cauſ vero diffiniēdis ſcd̄m poſt eos locū merētur.

¶Expliciūt libri de ecc̄iaſticis ſcp̄toribꝰ ꝯpoſiti

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. Engl 215

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf